Q. D. B. V. 20.

DISPVTATIONEM JVRIS PVBLICI
DE

# OFFICIIS IMPERII SAXONICIS

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO*

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

**GVILIELMO HENRICO**

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE WESTPHALIAE ET RELIQVA

BENEVOLO ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM
ORDINIS CONSENSV

*PRAESIDE*

VIRO MAGNIFICO atque EXCELLENTISSIMO
DOMINO

**BVRCARDO GOTTHELFFIO STRUVIO**

J. V. DOCTORE ET HISTORIARVM PROFESSORE PVBLICO
LONGE CELEBERRIMO

*PATRONO ET PRAECEPTORE SVO MAGNOPERE COLENDO* 20


PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET




CONRADVS FRIDERICVS REINHARDVS
DRESDENSIS

*D. 1. OCTOBRIS A. R. G. M DCC XII*

*IENAE* LITTERIS MVLLERIANIS



# PROOEMIVM.



AXONES, (1.) antiquissimum et nullius vnquam obsequii seruilis patientem, sed liberum semper Germaniae populum; ceteros Germanos fortitudine omni tempore longe multumque superas-



(1.) Nibil quidem de his sub nomine Saxonum prodidit TACITVS, multa tamen sub titulo Cheruscorum et Angriuariorum. conf. eius *Annal. l. 1. 2. 11. et 12. et de M. G. c. 33. 34. seqq.* vid. etiam de Angriuariis et Cheruscis, quae habet SCHATENIVS *in Histor. VVestfal. l. I. p. 11. 12. l. II. p. 104.* Primus omnium PTOLOMAEVS expressam Saxonum mentionem facit *in Geograph. l. II. c. 2.* vid. Illustris LEIBNITIVS *in Introduct. ad T. I. S. R. Br. praemissa p. 15.* et omnino SCHATENIVS *d. l. p. 172. seq. l. III.* qui multa notatu digna de antiquis Saxonibus habet. Diuidebantur autem hi antiquissimis temporibus in Ostphalos, VVestphalos et Angrivarios. vid. BEDA *lib. I. c. 15. Hist. Eccles. gentis Anglorum ad an. 449. p. 45. edit. Parisinae de an. 1681. in 4.* cuius verba nota 5. sumus adducturi. VVITICHINDVS *Annal. lib. I. p. 634. ap.* MEIBOMIVM et CHRON. MINDENSE *ap. eundem Tom. I. p. 556.* add. CONRINGIVS *de Iudiciis Germ. §. 20 et de Urbibus §. 51. et in Tr. de O. I. G. c 13. p. 57. et c. 19. p. 104.* HENR. TVRCKIVS *in Fastis Carolinis p. 3. ap.* IO. GEORG. LEVCKFELDVM *in Collect. S. R. G.* SCHATENIVS *d. l. p. 13. et l. 3. p. 176. et l. 7. p. 420. seq.* originem, fines et sedes cuiusque populi ostendens. *add. eiusd. l. 9. p. 564.* vbi ex ipsis Caroli M. legibus hanc diuisionem probat *et lib. eod. p. 605. ad an. 805.*

(2.) Nec

perasse, (2.) res eorum, domi forisque tam praeclare gestae, quas annalium conditores nobis exponunt, satis superque testantur. Cum enim Romani, qui tot regnis atque prouinciis victricia sua arma iam circumtulerant, vt solum nunc demum eorum nomen, cum audiretur, omnibus sane gentibus metum atque terrorem iniicere valeret, Germaniam nostram infesta manu aggrederentur, hancque omnem sibi subiugare allaborarent; (2. *a*) tanta alacritate atque virtute Saxones Romanis resistebant, vt illorum fines relinquere hi cogerentur. Hinc factum omnino est, vt, licet Franciam, (3.) Alemanniam, (3. *a*) ceterasque eius generis prouincias non modo a Romanis Imperatoribus subactas & triumphatas, sed et nomina earum ad adornandos instruendosque Augustorum titulos pertinuisse audiamus: nunquam tamen Saxoniam ab iis deuictam, aut ab ea nomen titulumque fuisse susceptum, neque in Historiis, neque monumentis numisque antiquis reperiamus. (4.)

Tanta autem eorum bellicae virtutis gloria, quam tum antea, tot proeliis cum ceteris Germanis summa non sine laude com-

(2.) Nec mirum. Praecipua enim eorum in armis salus erat. Hinc et Saxones, quippe qui fortitudinis suae optime conscii erant, oppida munita parum curabant, duas enim in vniuersa Saxonia, tanta tamen quae erat prouincia, arces fuisse ostendit CONRINGIVS *de Vrbibus Germ.* §. 71.

(2. *a*) De bellis Germanorum cum Romanis prolixe satis legi potest SCHATENIVS *in Hist. VV. a. L. I. ad L. VI.*

(3.) Franciam a Romanis fuisse subactam testatur numus ille antiquus, quem Tr. *de Vsu et Praestant. Numismatum* inserendum curauit EZECHIEL SPANHEMIVS *pag.* 750.

(3. *a*) vid. SCHATENIVS *in Hist. VV. lib. IV. p.* 218.

(4.) Docet quidem nos TACITVS *Annal. lib.* 11. *c.* 16. *p. m.* 242. Cheruscos, sublato Arminio, Duce, Regem a Claudio, imperatore, petiisse, sed sub imperio Romanorum eos fuisse minus hoc indicat, ipse TACITVS potius statim petitionis huius causam addit: quia omnes nobiles per interna bella essent amissi. add. SCHATENIVS *d. l. p.* 104. Vera itaque sunt quae scribit IO. TILIVS *l. I. de Orig. Franc.* Vniuersam Germaniam a Romanis nunquam subiugari potuisse. add. CONRINGIVS *de Iudiciis G.* §. 90.

(5.) BE-

commisſis, tum maxime bello cum Romanis geſto, erant conſecuti, non intra limites Germaniae poterat includi, ſed ſicuti ad alias gentes, longe ab iis disſitas, ita & ad Britones peragrabat. Horum enim Rex, Vortigernus, cum ab impetu Pictorum atque Scotorum nullo modo ſe defendere valeret, Anglo Saxones, in Slesuico ſedem ſuam atque domicilium habentes, in auxilium vocabat, eosque ex Britannia vt eiicerent petebat. Qui itaque Hengiſto & Horſo, Ducibus, an. 449 aduenientes (5.) Pictos Scotosque, Britanniam infeſtantes, profligarunt, et, quo tuti in poſterum ab eorum incurſionibus eſſe poſſent Britones, curarunt. Licet autem hoc modo Britones a Pictis et Scotis liberarentur: experiri tamen illis ſucceſſu temporis erat neceſſe, ſummo non ſine ſuo detrimento Saxonum opem ſe imploraſſe. Depulſis enim de finibus Britonum Pictis atque Scotis, Anglo Saxones, fertilitate regionis adducti, remanere ibi conſtituebant, et Britones partim perſuaſionibus, partim vi commouebant, vt certam eius inſulæ (Britanniae) partem illis concederent ad habitandum. Nec

 Saxo-

(5.) BEDA, indigena teſtis, *l. I. c. 15. p. 45. Hiſt. Eccleſ.* &c. *ad d. an. Aduenerunt autem*, inquit, *de tribus Germaniae populis fortioribus, i. e., Saxonibus, Anglis, Vitis*, et breui poſt: *De Saxonibus autem, i. e., ea regione, quae nunc antiqua Saxonia cognominatur, venere Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones.* Idem confirmat auctor *Chronologiae veteris Anglo Saxoniae*, quem ABRAHAM. VVHELOCVS in latinum ſermonem conuertit, *ad an. 447.* (potius tamen cum BEDA *ad an. 449.* hoc referre nobis placet, huic enim vt maiorem hac in re fidem habeamus neceſſe eſt) add. VVITICHINDVS *l. I. p. 630. ap.* MEIBOMIVM, Brettos appellans Bricannos. GOBELINVS PERSONA *in Coſmodromio aet. 6. c. 23. p. 215. ap.* MEIBOMIVM, ibique MEIBOMIVS *in notis p. 355.* GVIL. MALMESBVRIENSIS de *geſtis Regum Angl. l. I. c. 1. p. 8. et 9. ap.* HENR. SAVILIVM *in collect. Vetuſt. Scriptor. R. Britann.* ALB. CRANTZIVS *in Saxon. l. I. c. 19. p. 43. et c. 20. p. 45. ſeq.* SCHATENIVS *in Hiſt. VV. l. V. p. 281. ſeq.* Fallitur itaque HADRIANVS VALESIVS, *l. III. Rer. Franc. p. 143. in f.* contendens, nunquam Saxones a Britannis in auxilium fuiſſe vocatos, cum veriſimile non ſit, Britannos eorum opem imploraſſe quos ſaepius tamen ſuae inſulae depopulatores cognouiſſent. Ceterum notandum, pro Vitis in loco BEDAE allegato rectius legi Iutis, vel Gutis, plurimos exiſtimare eruditorum, quia Cimbrica Cherſoneſus, quam nunc Iutiam appellamus,

Saxo-

Saxones tamen, Britanniam pro certa portione à ſe poſſideri, erant contenti, ſed, fines ſuos ſenſim proferre ſtudentes, incolasque ex terra occupata eiicientes, totam tandem inſulam ſibi acquirebant, Angliaeque nomen ei imponebant. (6.) Quod vltimum factum alii fuiſſe Inae, alii Egberti, Anglo Saxonum Regum aetate contendunt. (7.)

Neminem fugit maximum illud tamque diuturnum bellum, (8.) cum Carolo M. a Saxonibus geſtum, (8. α) quodque absque vllo dubio diutius fuiſſet ductum, niſi ipſi Saxones, partim VVITIKINDI ad Carolum tranſitu commoti, partim bellum hoc, per tan-

Saxonum imperio olim ſubfuiſſet. Sed HENRICVS MEIBOMIVS *in not. ad* GOBELINVM *d. l. p. 355* non Iutis, ſed Vitis, legendum eſſe demonſtrat, quippe qui fuiſſent populus a Iutis plane diuerſus. Illis ex antiquis ſcriptoribus aſſentitur dictus *Chronologiae auctor*, et *Chronicon illud Saxonicum*, quod integrum nunc primum edidit atque latinum fecit EDMVNDVS GIBSON, et *impreſſum Oxonii in Theatro Scheldoniano an. 1692. in 4. inuenitur, pag. 12. ad an. 449.* vbi: *ac venerunt viri de tribus Germaniae prouinciis, de antiquis Saxonibus, de Anglis, de Iutis.* Ceterum de trium horum populorum origine conferri meretur SCHATENIVS *d. l. p. 284.*

(6.) Hinc PROSPER AQVITANICVS *in Chron.* inquit: *Valentiniani Imperatoris an. 18. Britanniae, vsque ad hoc tempus variis cladibus euentibusque laceratae, in ditionem Saxonum rediguntur.* add. SCHATENIVS *d. l. p. 283. ſeq.* ubi et in rationes inquirit quare Britannia ab Anglis, non vero a Saxonibus, nomen acceperit, cum tamen, Saxones in hac expeditione principem populum fuiſſe, notum ſit. HENR. HVNTINDONIENSIS *in Hiſt. Angl. l. I. p. 298.* ETHELVVERDVS *in Chron. Anglic. ad an. 449. p. 832. 833. ap.* HENR. SAVILIVM *in Collect. ſcript. vet. R. Brit.*

(7.) vid. MEIBOMIVS *in not. ad* VVITICHINDI *Annal. l. I. p. 667. et* SCHATENIVS *d. l.*

(8.) Ad cauſas quod attinet, quibus Carolus ad bellum contra Saxones decernendum ſit adductus, duas earum allegat EGINHARDVS *in Vita eius p. 435. ap.* FREHERVM *in Corpore Veteris Hiſt. Franc.* (1.) quia Saxones natura feroces et cultui Daemonum dediti, nec Francorum religioni fuiſſent addicti. (2.) quod terminos Franciae omni tempore caedibus, rapinis et incendiis impleuiſſent. Sed veram atque genuinam, cupiditatem nempe longe lateque dominandi, qua Carolus M. flagrabat, plane omittit. *Eginhardo* in plurimis adſtipulatur SCHATENIVS *d. l. l. 10. p. 654. add. l. 7. p. 418. ſeq. 428. ſeq. l. 9. p. 585. ad an. 800.*

(8. α) quod e recentioribus prolixe exponit SCHATENIVS *in Hiſt. VV. a. l. 7. ad lib. 10.*

(9.) Licet

tantum temporis ſpatium iam tractum, pertaeſi, ſponte ſua arma abieciſſent, ſeque Carolo M. dedidiſſent, hic vero illis, iisdem cum Francis Legibus vſuros, (9.) et pari cum his iure ac dignitate futuros, promiſiſſet. (10.) Admiratione ſane digna res, quod,

 cum

(9.) Licet et ſuas conſuetudines, a Carolo M. confirmatas, Saxones retinuiſſe certum ſit. Habebant enim maiorum inſtituta, quae conſtanter ſeruabant, et perinde ac leges ſcriptas, (quibus, antequam cum Francis coaleſcebant, non vtebantur,) tuenda ſuſcipiebant, vſuque confirmabant, quod et TACITVS *de M. G. c. 19.* teſtatur, dum plus in Germania bonos mores, quam alibi bonas leges valuiſſe dicit Exemplum nobis praebent eorum iudicia, nunquam ad Caroli M. vsque tempora immutata, vti eleganter oſtendit CONRINGIVS *de Iudiciis Germ. a §. 4.-- 19,* quae ſatis nos de Saxonum conſtantia, et nunquam, aut raro tamen, de conſuetudine ſemel recepta hos receſsiſſe, docent. *add. Tr. eiusd. de O. I. G. c. 13. p. 52. ſeq.* vbi, nunquam Saxones habuiſſe leges ſcriptas, ſed demum eas a Carolo M. accepiſſe, probat. vid. SCHATENIVS *d. l. l. 9. p. 564. ſeq.* qui leges, Saxonibus *an. 797.* a Carolo M. datas, recenſet.

(10.) EGINHARDVS *in Vita Caroli M. p. 436. apud* FREHERVM *in Corp. Vet. Hiſt. Franc. Eaque conditione a Rege praepoſita, et ab illis ſuſcepta, tractum per tot annos bellum conſtat eſſe finitum, Vt abiecto daemonum cultu & relictis patriis ceremoniis Chriſtianae fidei atque religionis ſacramenta perciperent, et Francis adunati, Vnus cum iis populus efficerentur.* Et Vetus POETA SAXO in *Annal. Caroli M. ad an. 803. ap. Illuſtr.* LEIBNITIVM *Tom. I. Rer. Br. p. 153.* ita canit:

*Tum ſub iudicibus, quos Rex imponeret ipſis,*
*Legatisque ſuis, permiſſi Legibus Vti*
*Saxones patriis, et libertatis honore.*
*Hoc ſunt poſtremo ſociati foedere Francis*
*Vt gens et populus fieret concorditer Vnus,*
*Ac ſemper Regi parens aequaliter Vni.*

add. *Praeceptum Caroli M. pro Trutmanno Comite de an. 789. ap.* BALVZIVM *Tom. I. Capitul. Reg. Franc. p. 249. 50. Vita Ludouici Pii*, ab incerto quidem, coaetaneo tamen auctore conſcripta *c. 4. p. 450. apud* FREHERVM *d. l.* VVITICHINDVS *L. I. Annal. p. 634. ap.* MEIBOMIVM. ADAM. BREMENSIS *in Hiſt. Eccleſ. l. I. c. 7. p. 3. ap.* LINDENBROGIVM *in Collect. Script. R. Septentr.* Vt itaque nullam mereantur fidem quae de Saxonibus nobis enarrant LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. II. c. 20. pag. 81.* et SCHATENIVS d. l. *l. 8. p. 618.* quorum ille, Saxones omnes a Carolo M. eſſe victos et in ſeruitutem redactos, hic vero Saxoniam in prouinciae formam, Romanorum more, redactam contendit. Nullus enim eorum ſententiae ſuae probandae cauſa teſtes adducit ſatis idoneos. Nec verum eſt, teſtamentum

cum ceteri Germanorum essent iam diu ante victi, hi soli tamen adhuc eo in statu reperirentur Carolo, tot regnorum ac prouincia-

mentum condere Saxonibus prohibuisse Carolum M. Licet enim in *Vita Ludouici Pii c. 10. p. 457. ap.* FREHERVM *d. l.* haec legantur: *Hoc etiam tempore Saxonibus et Frisonibus ius paternae hereditatis, quod sub patre legaliter perdiderant, Imperatoria restituit clementia.* Verborum tamen horum plane alium esse sensum, et per ius hereditatis paternae non Ius testamentum conficiendi, sed diuersum quid ab eo denotari, idque vel maximum, nec ad omnes Saxones hoc edictum, a Carolo M. propositum, pertinuisse, SCHILTERVS *in I. P. Tom. I. p. 68. §. 9. et* CONRINGIVS *de Vrbibus G. § 65. p. 103.* prolixe demonstrant. Aliud autem plane Boii, Alemanni, Thuringi, Slaui ceterique populi, a Carolo M. subacti, experiri cogebantur, non enim hi ciuitate vti Saxones (quod tamen non de plebe reliquoque populo Saxonico, sed solum nobilitate Francica intelligendum esse ostendit CONRINGIVS *de Ciuibus Imperii §. 26.*) donabantur, sed subditi Francorum efficiebantur, et, cum illorum terra socia et consors ciuitatis a Francis appellaretur, horum regiones nomine Prouinciarum Francicarum insigniebantur. Hinc factum etiam videmus vt soli Saxones cum Francis ad Comitia sint admissi, vti patet *ex Capitulari Caroli M. quod datum an. 797. V. Kal. Nou.* in Comitiis Aquisgranensibus, multis Episcoporum, Abbatum, Comitum aliorumque praesentibus, et apud BALVZIVM *in Capitular. Reg. Franc. Tom. I. p. 275. 76.* reperitur. Haec etiam, non alia, causa subest, cur, si magni quid a Germanis gestum dicatur, Francornm solum et Saxonum mentio fiat, omniaque, publice a Regibus acta, coram populo Francorum et Saxonum gesta a scriptoribus pronuncientur. Sic in *Capitulari Caroli M. cit. de an. 797. c. 9. ap.* BALVZIVM *Tom. I. Capitular. Reg. Franc p. 278.* haec leguntur constituta: *Item placuit, vt quandoquidem Dominus Rex voluerit propter pacem et propter faidam et propter maiores causas bannum fortiorem statuere, vna cum consensu Francorum et fidelium Saxonum fiat.* Et VVITICHINDVS, Ottonis I. temporum aequalis, *l. I. Annal. p. 634. ap.* MEIBOMIVM inquit: *Regi autem Lothouico non erat filius, omnisque populus Francorum et Saxonum quaerebat Ottoni diadema imponere regni. Ipse vero* &c. *et l. II. init p. 642. Defuncto itaque patre patriae et Regum optimo maximo, Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum iam olim designatum Regem a patre, filium eius Oddonem elegit sibi in principem.* Nec quidquam Saxonum dignitati detrahit, hos Francis semper postpositos hisce adductis in locis inueniri, nam et alia facili negotio afferri possunt, contrarium quae satis superque declarant, vt vnicum saltem ex ALBERTO STADENSI adducam, qui *ad an. 936. p. 213. ap.* SCHILTERVM *in Collect. S. R. G.* ita inquit: *Otto M. Henrici filius eligitur ab omni populo Saxonum et Francorum.*

(II.) Hinc

ciarum Domino, reſiſtendi, tamque graue bellum per tot annos, annis enim triginta et tribus (ii.) durabat, continuandi, idque vel maximum, nec de ſe gloriari poſſet Carolus, Saxones, ſummopere ab externo imperio et dominatu abhorrentes, ſe viciſſe, ſed in deditionem

(ii.) Hinc POETA SAXO *in Annal. Caroli M. ad an.* 803. *ap. Illuſtr.* LEIBNITIVM *d. l. p.* 154.

*Quos per ter denos et tres iam duriter annos,*
*Linquere protracti penitus conamina belli*
*Plus regis pietas et munificentia fecit,*
*Quam terror.*

EGINHARDVS in *Vita Caroli M. p.* 436. *ap.* FREHERVM *d. l. Tandemque anno triceſimo tertio finitum eſt hoc bellum.* et *p.* 435. *Suſceptum eſt igitur contra eos bellum quod magna vtrinque animoſitate per continuos triginta tres annos gerebatur.* add. *Vita Ludouici Pii c. 4. p.* 450. *ap.* FREHERVM *d. l.* ADAM. BREMENSIS *in Hiſt. Eccl. l. I. c. 12. p. 5. ap.* LINDENBROGIVM, EGINHARDVM ſecutus. HELMOLDVS *in Chron. Slav. l. I. c. 3. §, 3. p.* 14. et e recentioribus SCHATENIVS in *Hiſt. VV. l.* 10. *p.* 609. 611. Diſſentiunt tamen quoad annos VVITICHINDVS *l. I. Annal. p.* 634. *ap.* MEIBOMIVM, qui trigeſimo, ex quo rerum potitus eſſet Carolus M. anno, bellum Saxonicum finitum vult, vt itaque per 29. annos hoc ſolum fuiſſet geſtum. Anno enim 772. hoc bellum ſuſcepiſſe Carolum, cum anno praecedenti 771, Carolomanno, fratre, defuncto, (*v. Annal. Pithoeani ad an. 771. p. 8. Annal. Fuldenſes ad d. an. ap.* FREHERVM *Tom. I. p.* 5. EGINHARDVS *in Vita Caroli M. ap.* FREHERVM *in Corp. Vet. Hiſt. Franc. p.* 434.) regnum vniuerſum eſſet auſpicatus ex ADELMO BENEDICTINO *in Annal. Reg. Franc. ap.* FREHERVM *d. l. p.* 388. 89. *ad an.* 771. 72. *Vet.* POETA SAXONE *ad an.* 772. *ap. Illuſtr.* LEIBNITIVM *d. l. p.* 121. *Annal. Franc. Pithoeanis ad an. 772. p. 8. Maſciacenſibus Annal. ad h. an. ap.* LABBEVM *Tom. II. Bibliothecae MS. p.* 735. ALBERICO *Monacho Trium fontium ad an.* 772. *p.* 107. GOBELINO *aet. 6. c. 38. p.* 235. *ap.* MEIBOMIVM conſtat. ADAMVS BREMENSIS *Hiſt. Eccl. l. I. c. 7. p.* 3. (ſecus ſentiens *l. I. c.* 12. *p.* 5. vbi non triginta, vt c. 1, ſed triginta et tres annos numerat,) ROBERTVS GAGVINVS *in Annal. R. Gallic. l. IV. c. 1. p.* 48. 49. BANGERTVS *in not. ad* HELMOLDVM *d. l. p.* 16. LEHMANNVS *Chron. Spir. l. II. c. 1. p.* 46. qui anno 30. poſt eius belli initium Saxones ſuperatos, bellumque finitum affirmant. Imo PETR. BERTIVS in *Comment. R. Germ. lib. II. p.* 239. *et* 303. XXXV. MEIBOMIVS vero *in not. ad* VVITICHINDVM *d. l. p.* 670. XXXII. annos iam elapſos fuiſſe, cum bellum fuiſſet finitum, volunt. Ad nos quod attinet, maiorem hac in re habemus fidem EGINHARDO et POETAE antiquo *Sax.* quam VVITICHINDO, ceteriſque in contrariam ſententiam abeun-

ditionem solum suscepisse, et adhuc tamen fateri necesse haberet, nullum sibi, nullum Francis, laboriosius bellum vnquam fuisse. (12.) Silentio omittimus expeditiones eorum in Thuringiam, (13.) Italiam (14.) Galliamque, (15.) quibus alii Transylvanicam addunt,

abeuntibus, quippe qui iis temporibus, quo bellum hoc gestum, aetatem egerunt, cum VVITICHINDVS Corbeiensis, antiquissimus ex dissentientibus scriptor, Ottonis demum temporum sit aequalis. Licet autem tot expeditiones ab anno 772. ad an. 804. contra Saxones a Carolo M. sint susceptae, vt ex ADELMI BENEDICTINI *Annal. Reg. Franc. ap.* FREHERVM *d. l. a. p.* 389. *ad* 407. docemur: non plura tamen duobus praeliis cum Saxonibus esse commissa ex ipso EGINHARDO *d. l. p.* 436. intelligere licet.

(12.) Quod si itaque Carolum M. Dominatorem Saxonum se appellare videmus, vti ex titulo eius, quem exhibet CONRINGIVS *de Ciuib. Imper.* § 27. patet; plus arrogantia quam veritatis amore eum hoc fecisse certo nobis persuademus. Ipse enim Carolus in Diplomate de an. 788. quod ADAMVS BREMENSIS *in Hist. Eccl. l. I. c.* 10. *p.* 4. et ex eo CRANTZIVS *in Saxon. l. II. c.* 15. *p.* 103. adducit, et in *Praecepto, Comiti Trutmanno* An 789. dato, *ap.* BALVZIVM *p.* 249. et *in Praecepto de Institutione Episcopatuum* per Sax. *de an.* 789. *ap. eund. p.* 245. Saxones semper esse indomabiles fatetur.

(13.) Saxones enim vna cum Francis Thuringos, quorum rex, et quidem vltimus, eo tempore erat Hermenfridus, Sec. VI. circa an. 528. oppressere, et vniuersam Thuringiam, quam deinde inter se diuidebant, occuparunt, cum Regiam apud Francos dignitatem Thidericus, Ducalem vero in Saxonibus Hadugatus possideret. vid. VVITICHINDVS *Annal. l. I. p.* 631. *seq.* GREGOR. TVRONENSIS *l. II. c.* 4. *p* 53. *et c.* 7. *et* 8. *p.* 55. 56. *ap.* FREHERVM *d. l.* ADAM. BREMENSIS *in Hist. Eccl. l. I. c.* 4. *p.* 2. *ap.* LINDENBROGIVM. GOBELINVS *aet.* 5. *c.* 11. *p.* 158. *seq. ap.* MEIBOMIVM. CRANTZIVS *in Saxon. l. I c.* 26. *p.* 57. *et c.* 27. *p.* 60. *seq. ad f. l. I.* FABRICIVS *in Orig. Sax. l. I. p.* 54. 55. SCHATENIVS *d. l. l.* 5. *p.* 302. *aliique.*

(14.) Sub Iustino II. Imperatore sec. VI. vna cum Longobardis factam, de qua PAVLVS VVARNEFRID. *l. II. c.* 6. *p.* 53. *et l. III. c.* 7. *p.* 85. *seq. de gestis Longob. apud.* BONAV. VULCANIVM *in Collect. aliquot script. Vet. R. Gothic. et Longobardic. edit. Lugdun. Bat.* 1618. *in* 8. GOBELINVS PERSONA *aet.* 6. *c.* 27. *p.* 221 *ap.* MEIBOMIVM *add.* FABRICIVS *d. l. p.* 56. 57. *et* SCHATENIVS *d. l. l. V. p.* 312. *seq.* annum nominans 568. simulque Longobardorum originem et sedem ostendens.

(15.) Quae suscepta est sub Diocletiano, Imperatore, sec. III. vna cum Francis, vid. GOBELINVS *aet.* 6. *c.* 12. *p.* 198. Aliarum expeditionum sec. IV. et V. sub Valentiniano, Imperatore et Childerico I. Franc. Rege, in Galliam susceptarum, mentio-

dunt, (16.) tanta virtute susceptas, nec minori felicitate atque laude ad finem perductas, bellaque illa cum Francis Merouingis perpetua Clotarii nempe IV, Franciae Regis, aetate (A. 554.) gerere incoepta, et ad Caroli M. tempora vsque protracta. (16. a) Tam singulari itaque virtute praeditos fuisse Saxones cum certum sit; nec vlla ducimur admiratione, a mera, eaque absoluta, monarchia semper abhorruisse generosa illius gentis ingenia, Regesque nullo tempore liberum hunc populum, et quem merito belli alumnum, propaginemque populi Martiam appellamus, ferre potuisse. (17.) Vetustissimam enim SaxonumRempublicam inspicientes, omni tem-

B pore

mentionem faciunt AMM. MARCELLINVS *lib.* 28. GREGORIVS TVRONENSIS *in Hist. l. II. c.* 18. 19. *apud* FREHERVM *d. l. p.* 38. 39. *et* AIMOINVS *de Gestis Franc. l. I. c. 7. p.* 257. *ap.* FREHERVM *d. l.* add. HADRIANVS VALESIVS *Rerum Francic. l. I. p.* 11. 36. 39. 45. 47. *l. IV. p.* 179. *l. V. p.* 235. *et* SCHATENIVS *d. l. l. V. p.* 289. 317.

(16.) Hanc vnquam esse factam merito cum MEIBOMIO *in notis ad* GOBELINVM *aet. 6. c.* 46. *p.* 357. dubitamus. Tam diuersae enim scriptorum de hac sunt narrationes, vt vix nobis sit, quid certo credamus. Alii enim, inter quos et ANT. BONFINIVS *Dec. I. l.* 10. *p.* 96. *ex edit.* IO. SAMBVCI *de an.* 1690. *Colon. Agrippin,* IO. BOEMVS *de Moribus Gentium l. III. c.* 5. *et* TVRCKIVS *in fastis Carolinus p.* 40. *ap.* LEVCKFELDVM, Transyluanos coloniam esse a Carolo M. eo deductam, volunt. Sed recte notat MEIBOMIVS d. l. assertionem hanc carere veterum documentis, et verisimilius videri, Transyluanos Getarum et Dacorum esse reliquias, et per illas linguam Germanicam in iis oris conseruatam. Alii, cum iisque CRANTZIVS *l. II. Metrop. c.* 23. *p.* 135. *seq.* GOBELINVS *aet.* 6. *c.* 46. *p.* 246. sub Ludouico IV. Rege Germaniae, et Ottone, in Saxonia Ducis potestate fungente, Saxones in Transyluaniam venisse, ab Vngaris quippe, Saxoniam infestantibus, eo deductos, sibi persuadent. Alii, a Geisa II. Rege Vngarorum Saxones in Transyluaniam sec. XII. esse accitos, putant, cum quibus SCHVRTZFLEISCHIVS *Diss. LXI.* §. 16. *in Volum. Disputt. Histor.* sentit.

(16. a) De quibus omnium optime ex recentioribus agit SCHATENIVS *d. l p.* 308. *l. V. p.* 315. *seq.* 326. 335. 345. 366. 371. 383. 387. 390. 395. 411. *seqq.*

(17.) Obstabat nempe Saxonibus tum ingenita grauitas, tum gentile decus, libertas. add. CONRINGIVS *de Iudiciis Germ.* §. 90. vbi nunquam Saxoniam regiam habuisse Remp. pronunciat. add. et SCHATENIVS *d. l. l. III. p.* 176.

(18.) BEDA

pore per Proceres, quos et Satrapas nominabant, (18.) hanc administratam inuenimus, qui omnes tamen dignitate natalium et auctoritate validi, (19.) potentia ceterum aequales, et sorte solum, prout hanc fortuna dederat, erant diuersi. Munus, quod gerebant, legibus erat circumscriptum, potestas a populo, auctoritas a bello erat. Officii eorum rationes non in iubendo, sed suadendo,

(18.) BEDA *l. V. c. XI. Hist. Eccles. p. 125. Tom. III. Operum eius edit. Colon. Agripp. 1612. in f. Non enim habent Regem iidem antiqui Saxones, sed Satrapas plurimos suae genti praepositos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter sortes, et quemcunque sors ostenderit, hunc tempore belli Ducem omnes sequuntur, et huic obtemperant: peracto autem bello rursum aequalis potentiae omnes fiunt satrapae.* et POETA SAXO *ap. Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. I. p.* 121:

*Quae nec Rege fuit saltem sociata sub vno,*
*Vt se militiae pariter defenderet vsu,*
*Sed variis diuisa modis plebs omnis, habebat*
*Quot pagos tot pene Duces, velut vnius artus*
*Corporis in diuersa forent hinc inde reuulsi.*
*Sed generalis habet populos diuisio ternos.* etc.

add. VVITICHINDVS *annal. l. I. p.* 634. *ap.* MEIBOMIVM. Probe tamen notandum hic est, non semper nomine Satraparum hos apud scriptores venire. Quos enim BEDA appellat *Satrapas*, apud POETAM SAXONEM *Duces*, VVITICHINDVM d. l. *Principes*, ADELMVM BENEDICTINVM in *Annal. Reg. Franc. ad an.* 775. *p.* 390. *et ad an.* 777. *p.* 391. *et an.* 782. *p.* 394. *it.* ALBERTVM STADENSEM *ad an.* 777. *p.* 190. *ap.* SCHILTERVM, et GOBELINVM *aet.* 6. *c.* 38. *p.* 237. *ap.* MEIBOMIVM *Primores*, apud ipsum vero Carolum M. in Diplomate de an. 804, donationem Episcopae Osnabrugensi factam continente, quodque adducit ERTVVINVS ERTMANNVS *in Chron. Osnabrug. p.* 197. *ap.* MEIBOMIVM *Tom. II. R. G. regionis potentes*, audiunt. add. SCHATENIVS *d. l. l. III. p.* 176.

(19.) In Adelingis enim seu Nobilibus Saxonum hi numerabantur, ex quibus suos hic populus Duces sibi designabat. De nobilibus autem hic dum loquimur, non peregrinos, sed indigenas intelligimus, quod et Vetus ille POETA SAXO *ad an.* 803. *ap. Illustr.* LEIBNITIVM. *p.* 153. *d. l.* probat. add. MEIBOMIVS *in Vindic. Billing. Tom. III. p.* 40. Ceterum ad numerum eorum quod attinet, nihil de hoc certi definiri posse putamus. Quantum enim ex scriptorum lectione apparet, non vnum semper eundemque hunc fuisse merito colligimus. VVITICHINDVS enim, antiquum Saxoniae statum exponens, tres solum Principes eos habuisse ait, quorum vnus apud Angarios, alter Ostphalos, tertius apud VVestphalos

dendo, ideoque exemplo potius quam imperio, consistebant, et omnes res publicae in concilio populi erant decidendae. Nullum plane heredibus ius erat quaesitum, sed vna cum morte Satraparum delebatur. Bellum autem si quod erat gerendum vni ex his (20.) belli cura, quo omnium libertatem defenderet, demandabatur, ceteri omnes domi remanebant, consiliaque populo suppeditabant. Magna quidem huius belli Ducis (21.) tempore belli erat auctoritas, omnesque ei obtemperabant, quo vero compo-



sito,

phalos summam rerum administrasset. BEDA per plurimos rectam fuisse Saxoniam vult, quo sine dubio indicauit, plures tribus satrapas illis fuisse. Falluntur itaque ALB. CRANTZIVS *in Saxon. l. II. c. 22. p. 121. et* IO. IVSTVS VVINCKELMANNVS *in Notit. Historico-Polit. veteris Saxo-VVestphaliae cap.* 10. certum eorum numerum qui constituunt, et duodecim Proceribus numerum hunc fuisse absolutum, qui alternis vicibus Remp. Sax. administrassent, certo affirmant, nulla enim antiquorum scriptorum fide, sed propria auctoritate nituntur.

(20.) Idque communi trium populorum sententia atque voluntate. Sicuti autem vniuersus Saxoniae populus bello imminente vnum solum, qui illud gubernaret, et quem Ducem appellabant, constituebat: ita, adueniente cum tanto exercitu Carolo M, tres, ab Angariis nempe Bruno, ab Ostphalis Hasino, a VVestphalis VVittekindus, qui bello a Carolo illato praeessent, eligebantur, vti ex REGINONE PRVMIENSI *Annal.* l. *I. ad an.* 775. *p.*126. *seq. ap.* PISTORIVM *Tom. I. R. G.* docemur. add. CRANTZIVS in *Saxon. l. II. c.* 22. *p.* 121. et TVRCKIVS *in fastis Carolinis p.* 3. *ap.* LEVCKFELDVM *d. l.* qui quartum adhuc addit, Albionem nempe, quem Saxones Trans-Albini copiis suis, aduersus Carolum missis, praefecissent. Ceterum, forte vtrum an electione dignitas belli Ducis apud Saxones sit delata, dubium est multis. Nos cum SCHVRTZFLEISCHIO *in Diss. de Arminio* §. 12. illud probamus, maxime cum ex TACITO *de M. G.* intelligamus, conuenisse hoc Germanorum ingenio, per auspicia nempe et sortes grauissimas res determinare. Idem SCHVRTZFLEISCHIVS de *VVittekindo M.* §. 3. *p.* 6. non e satrapis, quibus regendae Reipublicae cura committebatur, hunc belli Ducem desumsisse Saxones, sed praeter hos, bello lacessiti, extraordinarium belli Praetorem designasse, putat. At enim vero non possumus inficias ire, magis hic nobis arridere sententiam TVRCKII, quam profert *in fastis Carolinis p.* 3. ex ipsis nempe satrapis hunc fuisse lectum. Conuenit enim hoc optime cum loco illo BEDAE, quem *supra not.* 18. adduximus.

(21.) Qualis fuit *Arminius*, de quo elegantem confecit Diss. SCHVRTZFLEISCHIVS, quae

ſito, non maiori ac ante bellum ſuſceptum, ſed pari cum ceteris Proceribus dignitate fruebatur. Licet negandum non ſit, editis bellicae virtutis ſpeciminibus, belloque fortiter, prudenter feliciterque geſto atque finito, redeuntem illum magno in honore a populo eſſe habitum, et plus apud eum auctoritate prae ceteris valuiſſe, viamque ſibi ad maximum inter ſuos decus conciliandum eo muniuiſſe. Ceterum ex his ſatis apparet, regiminis firmamentum apud Saxones fuiſſe populi nutum, Procerumque cum populo conſenſum. (22.)

Durauit haec vetus Reipublicae Saxonicae adminiſtratio ad tempora vsque Caroli M, quibus cum Francis in vnam rempublicam coiuerunt, (23.) nec amplius per Satrapas, vti antea, ſed Comites et Miſſos, (24.) qui vice Imperatoris iurisdictione ciuili fungeban-

quae omnino hic conferri meretur. *Bertholdus*, quem Clotharius, Francorum Rex, occidit, vid. SIGEB. GEMBLACENSIS *ad an.* 630. *ap.* PISTORIVM *Tom. I. R. G. p.* 529. AIMOINVS in *Geſtis Francorum l. IV. c.* 18. *p.* 365. *ap.* FREHERVM *d. l.* Et *VVittekindus*, qui cum Carolo M. bellauit, de quo tum mentionem iam fecimus, tum etiam breui pluribus ſumus dicturi. vid. SCHVRTZFLEISCHIVS in *erudita de hoc Diſſ.*

(22.) Non itaque imperium tantum populare, quod multi ſibi tamen perſuadent, ſed potius Democratia Ariſtocratice mixta apud hos reperiebatur. SCHATENIVS *d. l. L. III. p.* 176. Id quod et ex eo apparet, quia nec quisquam ex plebe, diſſentiente licet REINERO REINECCIO *in Commentario de Saxonum Origine*, a Reipublicae negotiis tunc temporis remouebatur. Hoc vltimum tamen Caroli M. aetate fuiſſe mutatum, ex CONRINGIO *de Ciuibus Imperii ſupra iam not.* 10. iuimus demonſtratum. SCHATENIVS *d. l. p.* 176.

(23.) Fallitur hinc admodum PALATIVS *in Aquila Saxonica p.* 7. et 8. Reges Saxonum a ſec. poſt Chriſtum natum III. repetens, eorumque vnum vltimumque fuiſſe VVittekindum contendens. LEHMANNVS enim *in Chron. Spir. l. II. c.* 16. *p.* 71. antiquitatum Germaniae optime gnarus, maxime dubie tum de ipſo Saxonum regno, tum de VVittekindo, eorum Rege, loquitur, eoque haud immerito declarat, quia antiquorum ſcriptorum fide ſumus deſtituti, nihil quidquam de his affirmari poſſe.

(24.) vid. Capitulare Caroli M. de partibus Saxon. de an. 789, Praecepto eiusdem pro TRVTMANNO ſubiectum, *cap. fin ap.* BALVZIVM *in Capit. Reg. Franc. Tom. I. p.* 256. vbi ipſe inquit: *Interdiximus vt omnes Saxones generaliter conuentus publicos*

gebantur, et quorum (Comitum) primus TRVTMANNVS memoratur, (25.) gubernari, ipsa vero Saxonia in octo dioeceses diuidi coepit. (26.) Tunc demum etiam est factum vt Saxones, indomitus



*eos nec faciant, nisi forte Missus noster de Verbo nostro eos congregare fecerit. Sed Vnusquisque Comes in suo ministerio placita et iustitias faciat. Et hoc a sacerdotibus consideretur ne aliter faciat.* Et ANNALES RERVM GESTARVM *a Carolo M. ad an. 798. pag. 31. ap.* REVBERVM: *Saxones Trans-Albini occasionem nacti, Legatos Regis, qui ad eos ad iustitias faciendas missi erant, comprehensos interficiunt, paucis eorum, quasi ad nunciandum, reseruatis.* add. Vetus POETA SAXO, cuius verba *supra not.* 10. adduximus, ADAMVS BREMENSIS *in Hist. Eccl. l. II. c. 4. p. 17.* ADELMVS BENEDICTINVS *in Annal. Reg. Fr. ad an. 828. p. 431. ap.* FREHERVM *d. l. Vita Ludouici Pii ap. eund. p. 468. ad an. 836. Annales Franc. Fuldenses ad an. 782. et 798. ap.* ANDR. DV CHESNE *Tom. II p. 538. in Collect. Script. Hist. Franc.* et ex recentioribus SCHATENIVS *d. l. l. 8. p. 528. et l. 9. p. 573.* qui omnes, Comites et Missos Carolum eiusque Successores semper apud Saxones habuisse, nobis confirmant. Nec aduersatur nostrae sententiae Diploma illud Caroli M. an. 803. Ecclesiae Osnabrugensi concessum, quod ab ERTVV. ERTMANNO *in Chron. Osnabrug. p. 196. 97. Tom. II. ap.* MEIBOMIVM, MABILLONIO *de Re Diplom. l. V. in Tabella 25. p. 390.* ex *Monumentis Paderborn.* et SCHATENIO *d. l. l. IX. p. 607. ad d. an.* est adductum, vbi haec verba leguntur: *Et perpetuam de Regia potestate ipsi (Episcopo) confirmo absolutionem, ita, vt nullus Iudex publicus, Dux, Comes, Vel Vice-Comes, Vel Scultetus, Vel Missi Dominici, Vel ipsa discurrentes loca illius Episcopatus* &c. Licet enim hic Ducis mentio fiat, VVittekindum tamen M. eo indicari nemo non facili intelligit negotio, quippe qui Ducis titulo tum bona adhuc in VVestphalia possidebat. Ceterum de Missis et Legatis his Regiis, et de eorum officio plura videri possunt apud BALVZIVM *in Capitular. Reg. Franc.* passim. LAMBECIVM *in Orig. Hamburg. l. I. p. 7. ex edit. Fabricii.* SCHATENIVM *in Hist. VV. l. 10. p. 650. et l. 9. 605.* et SCHVRTZFLEISCHIVM *de antiqua Saxonum dignit. §. 7. p. 11.*

(25.) Patet hoc ex Praecepto Caroli M. TRVTMANNO an. 789. in villa Trutmanni seu Tremonia concesso, quod apud BALVZIVM *in Capitul. Tom. I. p. 249.* SCHATENIVM *d. l. l. 8. p. 539.* et MEIBOMIVM *in Vindiciis Billing. p. 40. Tom. III. R. G.* inuenitur.

(26.) vid. SCHILTERVS *de inuestitura Principum simultanea c. 4. §. 4. p. 535. in Comment. ad I. F. A.* SCHATENIVS *in Hist. VV. l. 10. p. 654.*

(27.) Hinc

tus antea populus, (27.) armis mitigarentur, et vita moresque eorum Christiano ritu fingerentur atque emollirentur. (28.) Quae cum ita sint, totque scriptorum antiquorum nobis de Saxonia, Caroli aetate per Missos et Comites administrata, assentiantur; errore sane duci eos necesse est, qui iam Caroli M, Ludouici Pii, et Lotharii, Imperatorum aetate Duces suos habuisse Saxones, eorumque primum fuisse VVittekindum (29.) contendunt. Falluntur

(27.) Hinc OROSIVS inquit: *Saxonum gens ferocissima, virtute et agilitate terribilis, in Oceani littore habitat, inuiis inaccessa paludibus.* vid. ADAM. BREMENSIS *Hist. Eccl. l.* 1. *c.* 3. *p.* 2. *ap.* LINDENBROGIVM.

(28.) Testatur hoc EGINHARDVS *in Vita Caroli M. p.* 436. *ap.* FREHERVM *d. l.* cuius verba *not.* 10. *supra* vide adducta. add. ADELMVS BENEDICTINVS *in Annal. ad an.* 785. *ap.* FREHERVM *d. l. p.* 395. 96. ANNALES PITHOEANI *eod. a. p.* 11. inprimis vero Diploma Caroli M. an. 804. datum, (quod ab ERTVV. ERTMANNO *in Chron. Osnabrug. ap.* MEIBOMIVM *Tom. II. pag.* 197. et SCHATENIO *in Hist. VV. l.* 10. *p.* 612. *ad d. an* est adductum) in quo primordia Saxoniae, politioribus literis excultae, intuemur, et prisci moris immutationem aestimamus merito et miramur. Non enim solum graecam et latinam linguam ibi perpetuo doceri iussit, sed et alia multa salutaria ordinauit, quae omnia legentibus illud obseruare licent. conf. LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. III. c.* 29. *p.* 212. vbi de Schola, Osnabrugae an. 805. instituta, testatur. Ceterum de Episcopatibus, a Carolo M. in Saxonia conditis, quorum primus Osnabrugensis ab ipso Carolo M. incit. Diplomate memoratur, vid. SCHATENIVS *d. l. l.* 7. *p.* 456. 469. 70. 72. *et* 91. *l.* 8. *p.* 505. 509. 514. 519. et 541. *l.* 9. *pag.* 559. 563. *l.* 10. *p.* 611. 642. *et* 654. add. STEPH. BALVZIVS *in Capitul. Reg. Fr. Tom. I. p.* 245. *seqq.* vbi Caroli M. *Praeceptum* de Institutione Episcopatuum per Saxoniam, an. 789. emissum, adducit.

(29.) Qua in sententia versatur MEIBOMIVS *in Vindiciis Billing. p.* 37. 10. PALATIVS *in Aquila Francica p.* 66. *et in Saxonica p.* 7. *et* 8. VVittekindum modo *Ducem* et *Saxoniae Principem*, modo *Magnum Saxoniae Ducem* appellans. MARTINVS MILAGIVS *in breui et summaria Relatione p.* 25. qui, VVittekindum a Carolo M. *inuestitum esse in Magnum Saxoniae Ducem*, ait. add. DRESSERVS *in Isag. Hist. millenar.* 6. *P.* 2. *p.* 380. HENRICVS TVRCKIVS *in fastis Carolinis p.* 3, vbi dicit: *VVittekindus VVestphalorum primum, Saxonum deinde omnium Ducatum administrauit, qui illi a Carolo M. confirmatus tandem fuit, factusque hereditarius.* vt alios omittamus. Vera autem vt hic fateamur, omnes enarrati scriptores Ducem Saxoniae vniversa-

tur sane, siue de Trans-Albina, siue Cis-Albina Saxonia hoc vt intelligatur velint. Illam enim Hermannum, hanc Ludolphum, (30.) Du-

(30.) ...versalem seu Vicarium Imperatoris in illa prouincia cum Duce Saxoniae honorario perperam confundunt. Huius generis quidem Ducatum, qui nempe in dignitate feudali honoraria, et ad partem prouinciae Saxonicae restricta, consistebat, vnumque forte vel alium Comitem continebat, VVittekindo, fidem Carolo M. datam non frangenti, concessum cum SCHILTERO *de Inuestit. Principum simultan. c.* 4. §. 4. omnibus largimur: de illo vero, obuenisse eum Nostro, cum eodem non solum dubitamus, sed prorsus negamus. vid. BERTIVS *d. l. l.* 1. *p.* 303. Seruasse VVittekindum, iam victum, hereditarias suas terras, affirmans. Quomodo enim fieri potuisset, vt proprios Duces Saxones statim accepissent, cum tamen sciamus, eos in vnam cum Francis rempublicam coiuisse, vt alia, huic sententiae quae aduersantur, silentio praetereamus. Magnum autem Saxoniae Ducem quod attinet, qualem fuisse VVittekindum MILAGIVS, PALATIVS aliique somniantur, nullo sane tempore hi poterunt probare, nomen hoc tum sub Carolo M, tum postea, vnquam in illa prouincia fuisse auditum, multo minus VVittekindum hoc a Carolo fuisse ornatum, aut, quod maximum, totam illi Saxoniam esse traditam, quo nomine Imperatoris huic praeesset. Contrarium nobis potius docet CRANTZIVS *in Saxon. l. II. c.* 24. *p.* 125. vbi ait: *VVittekindus pacatus in sua sedet prouincia* (i. e. in suo patrimonio, pago sc. Angariae et castro Iborg, vti ex BROVVERI *Antiquit. Fuldens. l. III. c.* 11 *p.* 209. IAC. ANDR. CRVSII *Vita VVittekindi. c.* 4. *n.* 6. *p.* 79. *ap.* LEVCKFELDVM et IO. NEVVVALDI *Commentar. de antiquis VVestphal. Coloniis c.* 16. *p.* 68. patet,) *VVestphaliam solum gubernans.* Denique nulla nititur veritate, cum plena et hereditaria, vbi vocant, potestate VVittekindum a Carolo esse institutum, vt ad heredes eius totam Saxoniam transire necesse fuisset. Hoc enim ius, decrescente demum auctoritate potestateque Imperatorum in Germania, eaque tot pestiferis bellis tentata, Duces acquisiuisse omnes cordati Historici nobis assentiuntur. Haud ignoramus quidem a VVITICHINDO *Annal. l. I. p.* 638. *Magni Ducis* titulo Nostrum insigniri, dum ait: *Et hi erant stirpis Magni Ducis VVittekindi, qui bellum potens gessit contra Magnum Carolum per triginta ferme annos.* Nec fugit nos, eum a SIGEB. GEMBLACENSI *ad an.* 785. *in Chronograph. p.* 555. *Tom. I. ap.* PISTORIVM. GOBELINO *aet.* 6. *c.* 38. *p.* 238. *ap.* MEIBOMIVM, imo ab ipso Carolo M. in Epistola ad Offam, Merciorum Regem, an. 774. data, quam MATTHAEVS PARISIVS *Vita Offae p.* 978. et BALVTZIVS *in Capitul. Tom. I. p.* 193. 94. inseruit, vna cum Albione Ducis Saxoniae titulo ornari. Sed quis est qui non intelligat, munus, quo in bello cum Carolo M. perfunctus est, eo indicari, nihil-

nihilque plane aliud omnia haec adducta loca ostendere, quam fuisse VVittekindum vnum ex belli Ducibus, quales tres, vel, vti nonnulli arbitrantur, quatuor Saxones, cum Carolo M. bellantes, habuisse supra iam iuimus demonstratum, quod et ex Epistola Caroli M. adducta, quippe quae ante VVittekindum deuictum confecta est, patet. Id quod autem maximum, nec minimum ad sententiam nostram firmandam confert, nunquam Saxoniae, sed Saxonum solum Ducis, quo officium eius militare denotabatur, axioma a scriptoribus antiquis illi tribui, saepius etiam Ducem tantum appellari eum inuenimus, quod tum adducta loca, tum alia innumera testantur. Certum itaque est, possedisse quidem VVittekindum allodia in Saxonia, dignitate etiam ac titulo Ducis, Carolo id permittente, fuisse gauisum, ita tamen, vt hic bona eius allodialia solum respexerit, non totam Saxoniam, quae ex post facto demum in Ducatum euasit, probante hoc LEHMANNO *in Chron. Spir. l. II. c. 16. p. 71.* add. SCHATENIVS *in Hist. VV. l. 8. p. 502. et l. 10. p. 616*, Ducatum Angariae et VVestphaliae a Carolo hereditario iure donatum fuisse VVittekindo contendens, quanquam, vtrumque iam antea eum possedisse, et in iis a Carolo solum fuisse confirmatum, potius est vt dicamus. Quam autem VVittekindi fuisse conditionem paulo ante a nobis allata indicant, in eadem et Albionem fuisse constitutum certo nobis, nec immerito, persuademus. Tantum enim abest vt Saxonum Trans-Albinorum Ducem, quod tamen alii, inter quos IO. PETERSEN *in Chron. Holsat. P. I.* et SCHATENIVS *in Annal. Paderborn. l. I. ad an. 786.* volunt, dicamus, vt potius inter Saxonum Primates locum eum tenuisse, et VVittekindi in bello contra Carolum socium fuisse asseramus Praeerat enim initio belli illius Saxonici Saxonum Trans-Albinorum copiis, tandem vero Carolo vna cum VVittekindo an. 785. reconciliatus, et sacris Attiniaci initiatus, ab eodem tempore in Trans-Albina Saxonia, vitam priuatam agens, perpetuo commorabatur. vid. *Annales Franc. ex. edit.* PITHOEI *ad an. 785. p. 11.* SIGEB. GEMBLACENSIS *ad an. eund. ap.* PISTORIVM *Tom. I. p. 555.* GOBELINVS *aet. 6. c. 38. p. 238. ap.* MEIBOMIVM. BERTIVS *d. l. l. 2. p. 303.* add. omnino SCHATENIVS *in Hist. VV. p. 498. seq.* dissentientium in loco baptismi sententias refellens, licet perperam annum 786. substituat. Plane enim nescimus, quibus ex rationibus Carolus fuisset adductus, vt VVittekindum atque Albionum, hostes antea acerrimos, nunc tandem placatos, hostilem tamen animum erga Carolum retinentes, Saxonibus, genti, quam tantopere ad seditiones concitandas esse procliuem sciebat, praeposuisset, cum minime hoc summae huius Principis prudentiae conueniret, ob quam tamen tantopere ab omnibus scriptoribus celebratur. Non minus deceptos eos existimamus, qui Regiam dignitatem VVittekindo tribuunt, quam apud Saxones, ante quam cum Francis hi vniti, obtinuisset. Horum autem in numero sunt PETRVS BERTIVS *d. l. l. 2. p. 303.* PALATIVS *in Aquila Sax. p. 7. et 8.* DRESSERVS *d. l. millenar. 6. P. 2. p. 377.* MEIBOMIVS *in Vindic. Billing. p. 37. et in Demonstratione Saxoniam etiam ante etc. p. 48. Tom. III.* TVRCKIVS *in fastis Carolinis p. 3. ap.* LEVCKFELDVM aliique, qui omnes

Saxoniae

Saxoniae Regem fuisse VVittekindum credunt quidem et fatentur, non tamen probant. Nihil enim huc faciunt veteres Saxonum cantilenae et carmina, de quorum auctoritate magnopere ab omnibus adhuc, idque iure, dubitari neminem fugit. Nec vllam meretur fidem lapis ille sepulchralis, qui in honorem VVittekindi positus in pago Angaria, haud procul Herfordia, et nostris temporibus adhuc videtur, Regemque pronunciat VVittekindum, non enim Carolingorum aeuo, sed diu post, cum omnes hoc errore iam essent affecti, monumentum hoc esse factum, multi iam eruditorum, scriptionis, quae sub Carolingis frequentabatur, haud ignari obseruarunt. vid. omnino SCHATENIVS *in Hist. VVestph. l.* 10. *p.* 615. vbi, Carolum IV. inscriptionis huius auctorem credi, docet, variaque de eius mausoleo, in vico Angericario et hodie quod adhuc conspicitur, notatu digna habet. Ipsum vero mausoleum aeri incisum, et *Monumentis Paderbornensibus*, *an.* 1672. *Amstlodami editis*, est insertum. Nec obstat VVittekindum *in Chron. Mindensi p.* 554. *seq. ap.* MEIBOMIVM *Tom. I. R. G.* Regem Angariorum saepius appellari, a DITMARO vero *l.* 1. *p.* 326. *ap. Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. I. R. Br.* GOBELINO *aet.* 6. *c.* 38. *p.* 238. *ap.* MEIBOMIVM, CRANTZIO *in Saxon. l.* 2. *c.* 22. *p.* 121. aliisque Regis elogio, nulla nec Angariorum nec Saxonum mentione facta, eum ornari, multis enim a VVittekindo saeculis vixisse hos neminem fugit, vt inde auctoritas eorum in rebus, quae diu ante ea tempora, quibus scripserunt, sunt gestae, non possit non esse suspecta, nec aliter in his ipsis fides haberi queat, nisi cum antiquioribus scriptoribus conuenire eos, quod tamen hic desideratur, videamus. Imo nec ipsi hi enarrati scriptores sibi plane constant, sed dubios admodum hac in re se nobis profitentur, modo Regem, modo Ducem, modo vnum e Primoribus eum appellantes. Salua itaque nostra est sententia, quippe quae scriptoribus nititur tum eorum temporum aequalibus, tum ceteris, a nobis dissentientibus, longe antiquioribus. Horum autem praecipui sunt EGINHARDVS *in Vita Caroli M. p.* 436. *ap.* FREHERVM *d. l.* ADELMVS BENEDICTINVS *in Annal. Franc. ad an.* 777. *p.* 391. *et* 782. *p.* 394. *ap. eund. Annales Pithoeani ad an.* 782. *p.* 11. ALB. STADENSIS *ad an.* 777. *p.* 190. *ap.* SCHILTERVM, a quibus semper inter Proceres seu Primores Saxoniae eum numeratum videmus. E recentioribus nobis assentiuntur SCHATENIVS *l.* 7. *p.* 483. *et l.* 10. *p.* 626. *Hist. VVestph. et* CONRINGIVS *de Ducibus et Comitibus* §. 11. aliique plures. Mortuus autem est VVittekindus an. 807. in proelio, cum Geroldo, Sueuorum Duce, commisso. BERTIVS *d. l. l.* 2. *p.* 303. *et* SCHATENIVS *d. l. l.* 10. *p.* 624. *seq.* cui tamen magis arridet, in bello aduersus Sorabos et Slauos eum occubuisse. Sepultus fuit Angariae in basilica, quam ipse exstruendam sibi curauerat, ab Henrico Aucupe vero postea Paderbornam translatus. vid. BERTIVS d. l. add. SCHATENIVS *d. vltimo l.* qui tamen in eo a BERTIO dissentit, quod Heruordiam eum translatum dicat, vbi et hodie seruarentur eius reliquiae. Tempus tamen, quo hoc factum fuisset, non addit.

(30.) Ducis titulo dignitateque primum omnium accepisse ex antiquissimis scriptoribus, iisque coaeuis docemur. Nec vera, vti par est, profitentur qui, Ludolphum iam iure hereditario Saxoniam Cis-Albinam tenuisse, aiunt, non enim prius in Ducatum hereditarium haec euasit antequam ad Henricum Aucupem

(30.) Asserere hoc cum LEHMANNO *l. II. c. 47. p. 177. seq. Chron. Spir.* MEIBOMIO *in Demonstratione etc. p. 48. et in Vindic. Billingian. p. 37. init. Tom. III. R. G.* SCHVRTZFLEISCHIO *in notis ad Vitam Alberti III. p.* 106. et aliis eo potissimum adducimur, quia primo omnium hunc titulum a scriptoribua antiquis illi tribui videmus. Maiores quidem Ludolphi Duces, sed simpliciter solum, nec semper, plerumque vero Comites ab iis appellantur. vid. ALB. STADENSIS *ad an.* 1024. *ap.* SCHILTERVM *p. 224.* SIGEB. GEMBLACENSIS *ad an.* 860. *ap.* PISTORIVM *Tom. III. p.* 366. GOBELINVS *aet. 6. c. 42. p.* 243. CRANTZIVS *in Confutatione Legendae fabulosae, Metropoli* eiusdem adiecta, qui omnes Ducis Saxonum titulo Ludolphum ornant, licet hic vltimus *in Metrop. l. II. c. 16. p.* 126, sui oblitus, Henricum Aucupem primum Saxoniae nominet Ducem. add. ipsum *Diploma Ludolphi*, an. 850. confectum, fundationemque monasteriorum Brunteshusen et Gandersheim concernens, et a MEIBOMIO *in Demonstrat. cit. p.* 48. adductum, vbi ita: *Idcirco ego Ludolphus Dux Saxoniae notum esse cupio omnibus Christi fidelibus.* Mouet enim nos hoc Diploma vt allegatis auctoribus eo maiorem ea in re, quam nobis confirmant, fidem habeamus. Falluntur itaque ADAMVS BREMENSIS *l. II. c. 4. et 5. p. 16. et 17. d. l. ap.* LINDENBROGIVM. HELMOLDVS *in Chron. Slav. l. I. c. 10. n. 1. p.* 28. SCHILTERVS *in Comment. ad. I. F. Alem. c. 42. §. 16. p. 250. et in Tr. de Inuestit. Principum simultan. c. 4. §. 4. seq.* Hermannum primum fuisse Saxoniae Ducem contendentes. add. REINERVS REINECCIVS *in Comment. de Saxonum Orig. p.* 33. BANGERTVS *in not. ad* HELMOLDI *c. l.* HENRICVS MEIBOMIVS *in not. ad* GERHARDI STETERBVRGENSIS *Hist. Henrici Leonis Tom I. R. G. p.* 444. et *in Demonstratione cit. p. 48. seq.* quos omnes hac in re habemus assentientes. In eo tamen, Ludolphum iam hereditario iure Ducatum Saxoniae possedisse, a LEHMANNO, MEIBOMIO et SCHVRTZFLEISCHIO dissentimus, idque iure a nobis fieri, frustraque VVITICHINDI *Annales* ab iis allegari, quippe quae plane ea de re silent, & nequidem Ducem Saxoniae eum fuisse nobis declarant, statim sumus ostensuri. Licet enim primo negari haud queat, Ludolphum eiusque posteros non honorarios fuisse Duces (vti SCHILTERVS *de Inuestit. Principum simultan. c. 4. §. 3.* aliique perperam sibi persuadent) tum et, Brunonem, hocque defuncto Ottonem, filios, ei in Saxoniae administratione successisse, ex VVITICHINDI *Annal. l. I. p.* 634. et CRANTZIO *in Saxon. l. II. c. 29. p. 236. c. 31. p* 238. *c. 32. et 33. p. 141. seq.* et in *Metrop. l. II. c. 30. p.* 148. constet: hoc tamen non aliter,

cupem eſt delata. (31.) Cum enim antea ſub libera haec Imperatorum eſſet diſpoſitione; nunc demum Henricus ita eam ſibi vindicabat, vt ad heredes transmittere valeret, quod et facili negotio efficere poterat, quia regia in Germania dignitate tunc temporis fruebatur, quae et in Saxonia Trans-Albina, a Slauorum Danorumque manibus erepta, feliciter cum illa coniungenda haud parum eum iuuabat. Huius quidem filius, Otto M, vtramque Saxoniam a Patre vnitam per aliquod tempus retinebat, ſed in Italiam a Pontifice vocatus, neceſſitate vtrum an propria voluntate adductus nos fugit, Hermanno Billingio Trans-Albinam Saxoniam, huc vsque per Comites rectam, nomine Ducatus tradebat, hac addita conditione, vt tantisper apud Billingianam ſtirpem, dum mares in ea ſupereſſent, haec remaneret. Optimam autem ab Ottone conditionem Hermanno, Familiae Billingianae conditori, propoſitam fuiſſe, ideoque prudenter ab hoc acceptam

 euen-

aliter niſi conſentientibus Imperatoribus, et ex libera ſolum eorum voluntate fiebat, ideoque nec de vllo iure, in Saxoniae Ducatum ab iis quaeſito, nos confirmare poteſt. Teſtatur potius CRANTZIVS *in Saxon. l. II. c.* 29: *neminem per eam aetatem Saxoniae Principem libera poteſtate dominatum eſſe.* add. MEIBOMIVS in dicta *Demonſtrat. p.* 48. *ſeq.* alia adhuc loca, quae Duces Saxoniae fuiſſe Brunonem & Ottonem probant, ex ſcriptoribus fide dignis adducens, ſimulque oſtendens, et Comites vna cum Ducibus Saxoniae ſemper praefuiſſe.

(31.) Magna eſt inter ſcriptores diſſenſio qui primus Saxoniae Ducatum iure hereditario poſſederit, aliis Henricum Aucupem, aliis Hermannum Billingium nominantibus. Res facile expedienda erit modo Saxoniam Cis-Albinam a Trans-Albina probe diſtinguamus. Illam quidem nomine Ducatus iam obtinuit Ludolphus, primus vero omnium libera poteſtate in ea, ita vt et ad poſteros transferre hanc prouinciam valeret, imperauit Henricus Auceps. Teſtatur hoc VVITICHINDVS *l. I. Annal. p.* 634. *ap.* MEIBOMIVM dum ait: *Henricus primus libera poteſtate in Saxonia regnauit.* add. CRANTZIVS *in Saxon. l. II. c.* 29. *p.* 236. Haec, nempe Trans-Albina, cuius partes praecipuae erant Holſatia, Stormaria et VVagria, a Carolo M. vsque ad Ottonem M, Imperatorem, praefectos ſuos et Comites habuit: Hic vltimus vero ſuo demum auſpicio, Francis iam extinctis, Principem hereditarium, Hermannum Billingium, huic regioni impoſuit, et iure perpetuo confirmauit, quod factum fuiſſe an. 961. probant nobis ADAM. BREMENSIS *in Hiſt. Ec-*

*cleſ.*

euentus tandem declarabat. Non enim ſolum poſteri eius in prouincia hac acquiſita retinenda, diuque poſſidenda ſumma vtebantur fortuna, ſed et haec in cetera Saxonia, defuncto Ottone III. ſine heredibus, obtinenda, et cum illa coniungenda quam liberalisſime eos complectebatur, vt nunc demum in vniuerſo Saxoniae Ducatu ſuccederent Billingiani. Quibus autem in Magno, Duce, extinctis, Henrici V. Saliquorum vltimi conceſſu et bene-

*clef. l. II. c. 4. et 5. p. 17. ap.* LINDENBROGIVM. ALBERTVS STADENSIS *ad an.* 961. *p.* 216. *ap.* SCHILTERVM. HELMOLDVS *in Chron. Slau. ad d. an. l. I.* c. 10. *§. 1. p.* 28. FABRICIVS *in Orig. Sax. l. II. p.* 161. aliique. Hinc ſatis patet, nullam eſſe habendam fidem LAMBECIO et SCHILTERO, quorum ille *in Orig. Hamburg. l. I. p.* 12. *edit. noviſſ.* hic *in Tr. de Inueſtit. Principum ſimultan. c. 4. §. 4. et 5. p. 535. ſeq. et in Comment. ad I. F. Alem. p.* 258. totam Saxoniam Ducatus nomine Hermanno Billingio, idque vel maximum, primo omnium conceſſam eſſe ab Ottone M. contendit. conf. ALB. CRANTZIVS *in Saxon. l. IV. c. 16. p. 238. ſeq.* qui nobis confirmat, tum Ottonem M. tum eius ſucceſſores Saxoniam Cis-Albinam ſibi retinuiſſe, hanc ſubiungens rationem: *alioqui ſtultum fuerit ditare extraneum, et ſuos exheredes facere.* add. *Eiusd. l. IV. c. 15. p. 263. ib.* Idem vero CRANTZIVS, recte hactenus de Saxonia ad Hermannum delata ſentiens, perperam ſibi *l. vlt. c. vlt. p.* 966. d. l. perſuadet, vniuerſam ditionem Luneburgenſem ad Saxoniam Trans-Albinam adhuc pertinuiſſe, ideoque ad Hermannum noſtrum ſimul tranſiiſſe, cum tamen certum ſit, bona tantum nonnulla allodialia in Luneburgenſi terra, non totam illam ditionem, ab eodem eſſe poſſeſſa, nec haec quidem ab Ottone recens in eum eſſe collata, ſed partim a maioribus, partim matrimonio, cum Hildegardi VVeſterburgia inito, ei obueniſſe, vti pluribus oſtendit HENR. MEIBOMIVS *in Vindic. Billingian. p. 41. Tom. III. R. G.* et *in Hiſt. Bardeuici p. 60. ib.* Sicuti autem ab Ottone M. Hermannus Billingius eiusque poſteri Saxoniam ſolum Trans-Albinam, vel, vti MEIBOMIVS eam *in Hiſt. Bardeuici* ſaepius appellat, Aquilonialem, acceperant, quo hanc eo melius contra hoſtes, Danos nempe et Henetos, ſeu Slauos, quorum e manibus iterum ab Ottone M. erat erepta, vid. ADAM. BREMENSIS *in Hiſt. Eccl. l. II. c. 2. et 4. p. 16. 17.* VVITICHINDVS *l. II. p.* 647. ALB. STADENSIS *ad an.* 948. *p.* 215. defenderent Billingiani, ſolo Slesuico, teſtante hoc CRANTZIO *in Saxon. l. IV. c. 16. p. 238. ſeq.* Danis relicto: Ita, omnibus Ottonis M. poſteris extinctis, et ceteram Saxoniam, quam hi iure hereditario adhuc poſſederant, illi nunc demum obtinebant. vid. omnino FABRICIVS *in Orig. Saxon. l. II. p. 91. ſeq.* MEIBOMIVS *in Vindic. Billing. p. 37. d. l.* et inprimis *in Demonſtratio-*

beneficio an. 1106. ad Lotharium, (32.) et ab hoc demum, postea quam iam an. 1126. dignitatis Augustae particeps erat factus, ad Henricum superbum, (33.) Boioariae Ducem, an. 1136. deferebatur. Cuius filio, Henrico Leone, tum quod inuidiam Princi-

C 3 pum

*stratione illa cit. p.* 48. 49. *ib.* et in *Hist. Bardeuici p.* 60. *ib.* add. SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxonum dignitate p.* 13. vbi de finibus Saxoniae Trans-Albinae eleganter admodum eruditeque, nec minus accurate etiam differit. Ceterum, quomodo fiat, Henricum Aucupem, Ducem Saxoniae licet, Comitem tamen adhuc quandoque a scriptoribus appellari, pluribus docet MEIBOMIVS *in Demonstrat. cit. p.* 48, 49. *seq. ib.*

(32.) Comitem de Supplinburg. HELMOLDVS *in Chron. Slau. l. I. c.* 35. *n.* 1. *p.* 89.

(33.) HELMOLDVS *in Chron. Slau. l. I. c.* 64. *n.* 1. *p.* 130. ALB. STADENSIS *ad an.* 1136. *p.* 268. Mortuo autem Lothario, Imperatore, cuius filiam, Richensam, in matrimonio habebat Henricus Superbus, vid. BANGERTVS ad HELMOLDVM *c. l.* litem de Ducatu Saxonico ei mouebat Albertus Vrsus, Marchio, de quo tamen diu decertabatur, licet Conradus III. Imperator, partibus Alberti, quem et iuuabat, esset addictus, HELMOLDVS *d. l. l. I. c.* 54. *n.* 6. *p.* 131. *seq.* vsque tandem Henricus, in bello contra Albertum superior, Saxoniam retineret. Hoc defuncto Saxoniam aeque ac Bauariam Henricus Leo, filius, et in infantia adhuc constitutus, obtinebat. HELMOLDVS *d. l c.* 56. *n.* 5. *seq. p.* 134. Hic autem, cum sequi Imperatorem, Fridericum I, in Italiam an. 1147. contra Longobardos nollet, offensam Friderici incurrebat, admodum enim hic Henricum, *ad pedes quippe eius corruens*, vt loquitur ARNOLDVS LVBECENSIS, rogauerat. *vid.* eius *l. II. c.* 15. *n.* 2. *seq. p.* 265. *d. l.* et BANGERTVS *ib. in not.* Reuersus itaque ab expeditione Fridericus Principes conuocat, et, de Henrico admodum conquestus, vt sententiam de eodem dicant, cupit. Hi *reum Imperatoriae Maiestatis proclamant*, *omnique honore priuandum iudicant*, vti loquitur idem ARNOLDVS *l. II. c.* 16. *n.* 3. *p.* 267. Qua sententia tum in Comitiis VVormatiensibus an. 1179, tum Magdeburgensi et Goslariensi in conuentibus eodem adhuc anno, tum VVurtzburgi an. 1180. multis Principum praesentibus, cum Henricus, toties citatus, semper venire recusaret, confirmata; Bernhardus, Comes de Anhalt, eius loco Dux Saxoniae constituebatur. vid. omnino ARNOLDVS *c. l. et l. II. c.* 24. *n.* 8. *p.* 276. et ALBERTVS STADENSIS *ad an.* 1180. *p.* 294. GOBELINVS *aet.* 6. *c.* 60. *ap.* MEIBOMIVM *p.* 271. *et* 364. originem simultatum, quae inter Imperatorem et Henricum intercesserunt, prolixe exponens. BERTIVS *d. l. l. II. p.* 312. qui in eo tamen fallitur, quod Electorem eum factum simul fuisse contendit. BROTVFFIVS *in Chron. Anhalt. l. IV. p.* 113. 115. annum nominans 1169. quo hic de Saxoniae Ducatu fuisset inuestitus. Sicuti autem

tem

pum excitasset, tum quod odium Imperatoris in se conuertisset, an. 1179. publica proscriptione mulctato, et Bauariae aeque ac Saxoniae Ducatu priuato, hic, diuulsus tamen admodum, (34.) ad Bernhardum, Comitem Anhaltinum et Ballenstedensem, perueniebat, hicque Dux Saxoniae statim inaugurabatur. (35.) Consistebat hic in Ascaniorum gente ad Albertum vsque III, quo enim an. 1426. mortuo, nullamque virilem prolem relinquente, beneficio Imperatoris, Sigismundi, FRIDERICO BELLICOSO, Misniae Marchioni, tum Saxoniae Ducatus, tum ceterae dignitates atque regiones, ab Alberto possessae, vehementer licet contradicente Erico, Lauenburgico Duce, sancto solemnique ritu A. 1425. Budae confirmabantur. (36.) Idem vero Ducatus, quem FRIDERICO lege beneficiaria impertitus erat Sigismundus, saluus integerque ad hunc vsque diem SERENISSIMIS EIVS PRINCIPIBVS POSTERIS remansit, et nostris temporibus a POTENTISSIMO POLONIARVM REGE, ET SERENISSIMO SAXONIAE ELECTORE, FRIDERICO AVGVSTO, SVMMO ILLO HEROE possidetur, magnaque cum prudentia felicitateque gubernatur.

In qua autem dignitate Saxonicam gentem nullo non tempore

tem Trans-Albinae Saxoniae partes, Holsatia, VVagria et Stormaria, delato Ducatu Saxoniae ad Henricum Superbum, ab eo diuulsae, et Adolpho, Comiti Schauenburgico, manente tamen nihilominus clientelae vinculo, quo Ducatui Saxoniae annectebantur, erant concessae: ita hac occasione et nexus hic plane fuit dissolutus, vt nullo deinceps interiecto Imperatori fidem Holsatiae Comes amplius obligaret. SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxonum dignitate p.* 13.

(34.) vid. omnino SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l. p.* 13. 14.

(35.) ARNOLDVS LVBECENSIS *d. l. l. II. c. 24. n. 7. p. 276. c. vlt. eod. lib. §. 7. p. 298.* et *l. III. c. 12. §. 3. p. 328. c. 28. §. 4. p. 356. et l. IV. c. 2. et 3. p. 386. seq.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1180. p. 294. seq.*

(36.) BERTIVS *d. l. l. II. p. 308.* Hoc tempore Saxoniae Ducatus migrauit ex Saxonia inferiore in superiorem. vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l. p. 14.* Ceterum de lite, Friderico Bellicoso ab Erico, Lauenburgico, mota vid. HORTLEDERVS *de C. B. G. Tom. I. l. IV. c. 23. pag. 1494. n. 35. seqq.* GOLDASTVS *in Constitutt. Imper. Tom. III. ad an. 1434. p. 438. et p. 440. ad an. eund.*

(37.) Quod

pore constitutam videmus, in eadem et Duces eorum extitisse, praecipuaeque semper auctoritatis prae ceteris Principibus habitos fuisse non habemus quo ambigamus. Praeerant enim genti, cuius nomen ob summam fortitudinem, qua inter omnes Germanos eminebat, apud exteras gentes magni celebrabatur, et de qua, quod de vniuersa Germanorum natione tantopere merita esset, praedicabatur. Gentem regebant, quae inter quinque populos, qui Comitiorum libertate gaudebant, numerabatur, praecipuumque ex quinque magnis Ducatibus, in quos vniuersam olim Germaniam diuisam scimus, efficiebat. (37.) Tali denique genti praepositi erant, quae ceteros Germaniae populos potentia longe post se relinquebat. Horum omnium haud ignarus erat vniversus Germaniae populus cum, defuncto Ludouico IV, Infante, ex Saxonia Reges peteret, Regnique insignia ad Ottonem, Saxoniae Ducem, perferri curaret, (38.) licet hic, aetatis excusatione vsus,

(37.) Quod vno nobis ore testantur Germanicarum Rerum Scriptores. Sic in *Annal. Franc. Fuldens. ap.* FREHERVM *Tom. I. ad an. 887. p. 48. et* ANDR. DV CHESNE *p. 577. Tom. II. Scriptt. Franc.* haec verba leguntur: *Ab illo ergo die, male inito consilio, Franci, et more solito, Saxones et Thuringi, quibusdam Baiowariorum Primoribus et Alamannorum ammixtis, cogitauerant deficere a fidelitate Imperatoris, (Arnolphi) nec minus proficere* etc. add. *Annales Francorum ad an. 839. et 882. ap.* REVBERVM *Tom. I. R. G. et* PITHOEVM *p. 36. et 105. seq.* VVITICHINDVS *Annal. l. II. init. pag. 643. ap.* MEIBOMIVM. OTTO FRISINGENSIS *l. VI. Chron. c. 15. ap.* VRSTISIVM *Tom. I. R. G. p. 125. et c. 11. praecedente lib. eod. p. 123.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 888. p. 206. et 913. p. 207. 208.* HERM. CONTRACTVS *in Chron. ad an. 908. seq. ap.* VRSTISIVM *Tom. I. R. G. p. 310. seq.* LVITPRANDVS *l. II. de Rebus Imperatorum et Regum p. 31. seq. in Operibus eius, editis Antwerpiae an. 1640. et ap.* REVBERVM *p. 105.* GOTFR. VITERBIENSIS *p. 17. in Chron. p. 469. ap.* PISTORIVM *Tom. II.* VVIPPO *in Vita Conradi Salici*, eiusdem describens electionem, *p. 424. ap. eund. Tom. III. R. G.* Hoc tamen notandum, Thuringos hic omissos inueniri, et Lotharingos eorum loco collocatos.

(38.) OTTO FRISINGENSIS *l. VI. c. 15. ap.* VRSTISIVM *Tom. I. R. G. p. 125: Defuncto Ludouico, Otto, Dux Saxoniae, ab omnibus petitur. Princeps autem Clarissimus, tanquam senio grauis, Rex fieri recusabat.* add. VVITICHINDVS *l. I. Annal. p. 634. ap.* MEIBOMIVM. LVITPRANDVS *l. II. c. 7. p. 31.* DITMARVS *l. I. p. 325. ap. Illustr.* LEIB-

vſus, ea accipere recuſaret, auctoritateque ſua et ſuffragio tandem efficeret, vt Conradus, quod VVITICHINDVS CORBEIENSIS teſtatur, Rex Germaniae deſignaretur. Probe enim omnes Germani perpendebant, neminem eſſe reliquorum Germaniae Principum tum auctoritate, tum poteſtate Ottoni parem, quae omnia tamen tantam ad dignitatem ſuſtinendam, totamque Germaniam ab externis hoſtibus, quibus tunc impetebatur, tuendam, tantopere requirebantur, vt horum itaque non immerito praecipua eo tempore in eligendo Rege ratio eſſet habenda. Satis etiam de Saxoniae Ducum potentia teſtantur bella Henrici Aucupis, cum Conrado I, Francorum Orientalium Rege, geſta, quibus adeo hic eam erat expertus, vt ipſe illam demum agnoſcere neceſſum haberet. (39.) Non alia enim ex ratione adductus Conradus I, morti vicinus, tantopere omnibus Imperii Proceribus, praeſentibus, iniungebat, vt mortuo ſe Henricum Aucupem, Saxoniae Ducem, Regem ſibi ſumerent, quam quod ſolum hunc omnium Imperii Germanici Principum tanta poteſtate inſtructum intelligebat. Sapienter itaque praeſentiebat Conradus, Germaniae Regnum non conſtiturum, ſed ab Vngaris et Venedis euerſum fore, niſi Regem Germani acciperent, ad reſiſtendum barbaris manu et conſilio promtum, quae omnia in Henrico tamen reperiebantur. (40.) Conradus autem eo facilius omnem Germaniae populum eiusque Primates

LEIBNITIVM *Tom. I. R. Br. Vetus Chronicon. Reg. Franc. ap.* LAMBECIVM *Tom. II. Commentariorum de Bibliotheca Vindobon. c. 5. p. 394.* GOBELINVS *aet. 6. c. 46. p. 246. ap.* MEIBOMIVM. LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. III. c. 51. p. 228.* quorum ille (Luitprandus) potentiſſimum eum vocat Saxonum Ducem.

(39.) VVITICHINDVS *Annal. l. I. p. 635.* LVITPRANDVS *l. II. c. 7. p. 31.* GOBELINVS *d. l. p. 246.* inquiens: *Conradum ceteros Duces Germaniae omnes ſuperaſſe, praeter Henricum Ducem Saxoniae, qui Euerhardum, fratrem ipſius Regis bello ſuperaſſet.* add. LEHMANNVS *d. l. l. III. c. 51. p. 228. ſeqq.*

(40.) Hoc modo Principes allocutum fuiſſe Conradum traditur a Scriptoribus: *Henricum, Saxonum et Thuringorum Ducem prudentiſſimum, Regem eligite, Dominum conſtituite. Is enim eſt ſcientia pollens, et iuſtae ſeueritatis cenſura abundans.* His

mates habebat assentientes, quo magis hi de virtute et viribus Henrici iam erant persuasi. (41.) Deferebatur itaque omnium consensu dignitas haec Regia ad Henricum, quae non solum ab eo eiusque posteris, vniuersa Germania consentiente, per totum fere seculi spatium retinebatur, (42.) sed et auspicio Ottonis I. cum Imperatoria coniungebatur. (43.) Summus enim ille Heros,

D Otto

*His itaque prolatis, propriam coronam, non auro quo cuiuscunque pene ordinis Principes pollent, verum gemmis pretiosissimis non solum inquam ornatam sed grauatam, sceptrum et cuncta quae regalia sunt indumenta, in medium venire praecepit, ac, prout valuit, huiusmodi verba effudit: Heredem Regiaeque dignitatis vicarium regalibus meis ornamentis Henricum constitui, cui vt obediatis non tantum consulo sed et oro.* vid. LVITPRANDVS *l. VII. c 7. p. 31.* DITMARVS *l. 1. p. 225. ap. Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. I. R. Br.* VVITICHINDVS *in Annal. l. I. p. 636.* EKKEHARDVS *iunior, monachus Sangallensis, de casibus monasterii S. Galli in Alemannia c. 5. p. 29. ap.* GOLDASTVM *P. I. Script. R. Alem.* vbi haec verba, Conradum, morti vicinum (totum eius ad Principes sermonem enarrans) dixisse vult: *Est in Saxonia, cui neminem in regno aequiparem scio, Henricus quippe Comes, Mathilde coniuge clarus.* add SIGEB. GEMBLACENSIS *in Chronographia ad an. 919 p. 577. ap.* PISTORIVM *Tom. I. Vetus Chronicon Regum Franc. ap.* LAMBECIVM *Tom. II. Commentar. de Bibliotheca Vindobon. c. 5. p. 394.* SIFFRIDVS PRESBYTER *ad an. 924. ap.* PISTORIVM *Tom. I. p. 688.* GOTFRIDVS VITERBIENSIS *ad an. 920. p. 474. ap.* PISTORIVM *Tom. II.* ALB. STADENSIS *ad an. 913. p. 208.* qui Henricum *Ducem Saxonum et Thuringorum praepotentem* appellat. GOBELINVS *d. l. p. 246.* et BODO *in syntagmate de Construct. Gandesiani monasterii p. 490. ap.* MEIBOMIVM *Tom. II. R. G.* multa etiam de insidiis Conradi I. Henrico Aucupi structis, potentiam quippe huius ille metuebat, nobis hac occasione exponens.

(41.) De bellis Henrici Aucupis, quae, cum nondum Imperatoriam dignitatem obtinuisset, tum cum Conrado, tum aliis gessit, certiores nos reddit VVITICHINDVS *l. I. Annal. p 634. 35. ap.* MEIBOMIVM.

(42.) vid. Auctores *not. praeced.* 40. citati, quibus add. ALB. STADENSIS *ad an. 920. p. 210. seq.* et LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. V. c. 1. p. 337.*

(43.) Cum an. 962. a Iohanne Pontifice Romae coronaretur, vniuersusque populus et clerus faustis vocibus Augusto Imperatorique felicitatem ac victoriam acclamaret. vid. LVITPRANDVS *in Hist. l. VI. c. 6. p. 153. ap.* REVBERVM. HERM. CONTRACTVS *ad d. an. p. 314. ap.* VRSTISIVM *Tom. I.* LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad hunc an. p. 156. ap.* PISTORIVM *Tom. I.* FRODOARDVS *ad h. an. p. 204. ap.* PITHOEVM. ALB. STADENSIS *ad an 961. p. 216.* REGINO *in Chron. l. II. ad an. 962. p. 80.*

*ap.*

Otto M. primus eſt ex Teutonicis Imperatoribus Caeſarea dignitate qui fuit ornatus, idque vel maximum, ita cum illa hanc vniuit, (44.) vt ab eo tempore perpetua facta ſit Regni Germanici acceſſio, eaque mediante in omnes Reges Germaniae in perpetuum ſit translata. Videmus itaque, non Reges ſolum ſed et Imperatores a Saxonibus fuiſſe accitos.

Horum omnium, diu licet antea actorum, haud immemores Principes Imperii an. 1347, Ludouico Bauaro veneno ſublato, Impe-

*ap.* PISTORIVM *Tom. I.* HROSVVITHA *in Panegyri p. 725. ap.* MEIBOMIVM *Tom. I. R. G.* ANDR. HOPPENRODIVS *in Annal. Gernrodenſibus p. 422. Tom. II. ap.* MEIBOMIVM. BODE *in Syntagmate etc. p. 493. ap. eund.* GOBELINVS *aet. 6. c. 48. p. 250. Tom. I. ap. eund.* LAMBECIVS *in Orig. Hamburg. l. I. p. 12. edit. nouiſſ. et p. 39.* add. MEIBOMIVS *Tom. I. p.* 747. Diploma Ottonis M. addúcens, cuius ex ſubſcriptione hoc docemur, vbi tamen perperam annus 963. pro 964. ponitur, quod et ex Sigonio obſeruat MEIBOMIVS ib. Recte itaque eſt ſcriptum, quod ſcripſit CHAPPVZEAV *en l' Europe Viuante Tom. II. Tit. de la Saxe p. 293.* Domum Saxonicam ab vltimo tempore Auguſtis decoribus fundatam prouectamque eſſe.

(44) Inito illo cum Leone VIII. an. 964. pacto, et a GRATIANO *Iuri Can c. 23. Diſt. LXIII.* inſerto, qui mala tamen fide egit, optimaque, quibus tamen tota haec pactio nititur omiſit. His commotus THEODORICVS A NIEM, ſeculi XIV. ſcriptor, et Pontificis Secretarius, ex antiquisſimo Codice Florentino illam reſtituit, notisque illuſtrans, Tractatui *de Iuribus et priuilegiis imperii etc. p. 248. ap.* SCHARDIVM *in Syntagmate Tractatuum de Imperiali iurisdictione etc.* inſeruit. Reperitur etiam integra ap. GOLDASTVM *Tom. I. Conſtitut. Imper. p. 34. ad an. 964. add. p. 36. ſeq. ad eund. an.* SCHILTERVM *in I. P. Tom. II. lib. II. Tit. 10. p. 80.* qui breues illas NIEMII animaduerſiones adiecit. Ex parte autem eam adducit SIGONIVS *de Regno Ital. l VII. p. 169. et ad an. 963.* refert. Omnes tamen THEODORICO NIEMIO eam debent, ex quo deſumſere. Verba, huc potisſimum quae ſpectant, haec ſunt: *Conſtituimus, confirmamus et roboramus per manum Apoſtolicam, dignitatem concedimus atque largimur Domino Othoni, primo Auguſto, Teutonico Regi prouidentisſimo etc. eiusque ſucceſſoribus huius regni Italiae in perpetuum, tam facultatem ſibi eligendi ſucceſſorem, quam ſummae ſedis Apoſtolicae Pontificem ordinandi.* Hinc non immerito OTTO FRISINGENSIS *l. VI. c 17. ap.* VRSTISIVM *p. 1:6.* ait: *Cuius, Henrici, filius Otto, Imperium, a Longobardis vſurpatum, deduxit ad Teutonicos, Orientales Francos. Forſan dictus eſt primus Rex Teutonicorum, non quod primus apud Teutonicos regnauerit, ſed quod primus poſt eos, qui a Caro-*

Imperatorem nominabant Fridericum Grauem, Thuringiae Landgrauium Misniaeque Marchionem. Sed Fridericus tum aduersa valetudine, qua tunc premebatur, commotus, tum Electores de Imperatoris Electione tantopere videns inter se dissentientes, aliis nempe Eduardum Anglum, aliis Guntherum Svvartzburgicum, aliis alium optantibus, dignitatem hanc non accipiebat, alteroque a delata hac anno diem supremum obibat. (45.) Quem omnium fugit quid post obitum Maximiliani I. Imperatoris euenerit, de-



cretam

*a Carolo Carolingi, sicuti a Merouco Merouingi, dicti sunt, ex alio i. e. Saxonum sanguine natus, Imperium ad Teutonicos Francos reuocauerit.* add. *eiusd. c.* 22. et 24. *dicti lib. p.* 129. 130. LVITPRANDVS *l. VI. c. 6. p.* 111. *seq. Magnum Chron. Belgicum, p.* 84. *ap.* PISTORIVM *Tom. III. R. G.* SIGONIVS *de Regno Ital. l. VII. p.* 169. 70. CONRINGIVS *de Imper. Rom. Germ c.* 10. *p.* 76. *seq.* SCHILTERVS *de Libert. Eccles. Germ. l. III. c.* 5. §. 23. *p.* 330. et MEIBOMIVS *in Diss. de Iure Inuest. Episc. p.* 172. *Tom. III. R. G.* Supposititium quidem esse hoc pactum ostendere allaborat CAESAR BARONIVS *in Annal. ad an.* 962. *et* 964. *n.* 21. *et Tom. IX. Annal. ad an.* 774. §. 13. *p.* 355. quaeque huic obstare videntur adducit. Confutatus autem est satis ob id a CONRINGIO *de Imper. R. G. c.* 10. §. 6. *seq. et* §. 25. *seq.* In primis vero a PETRO DE MARCA, Archiepiscopo Parisiensi, in erudito libro *de Concordia Sacerdotii et Imperii l. VIII c.* 19. §. 6. *p.* 1191. *edit. nouiss. de an.* 1708. et MARCO ANTONIO DE DOMINIS *de Rep. Ecclesiastica l. IV. c.* 11. §. 41. add. BOECLERVS *in Hist. Sec. X. in Vita Ottonis M. p.* 297. et *in Vindiciis Anti-Blondellianis p.* 281. vbi ad obiectiones DAVIDIS BLONDELLI, de veritate huius pacti factas, pluribus respondet.

(45.) ALB. ARGENTINENSIS *in Chron. ad an.* 1348. *p.* 145. 46. *ap.* VRSTISIVM *Tom. II. R. G.* inquiens: *Quo facto* (mortuo sc. Ludouico Bauaro, et Eduardo, Anglo, Imperatoriam dignitatem ad se delatam recusante) *iidem Principes Electores, vocato Friderico Marchione Missenensi, abnepote quondam Friderici Imperatoris ex filia eius, genero praedicti Ludouici, Principis defuncti, in principio mensis Iunii in Kane Bauariae conuenerunt, vbi inter eos actum est, quod idem Marchio praedictam Beatricem, olim Imperatricem, in vxorem duceret, et de Romano regno ad eorum electionem intromittere se deberet.* add. BOIEMVS *in Vita Alberti III. p.* 5. 6. *ap.* SCHVRTZFLEISCHIVM, *eiusdem Dissertationibus Histor. inserta.* LAVRENT. PECCENSTEINIVS *in Theatro Saxon. P. I. c.* 2. *p.* 23. ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XVIII. p.* 229. (qui factum hoc fuisse vult an. 1348. mortuo Gunthero Comite Svvartzburgico, a quo tamen dissentit FABRICIVS *in Orig. Saxon. l. VI. p.* 655.) HVGVVALDVS MVTIVS

(non

cretam nempe esse traditamque an. 1519. Francofurti vnanimi omnium Electorum consensu, qui eligendi causa ibi conuenerant, Friderico III. Sapienti, et quem non immerito gloriam suae gentis, Electorumque Saxoniae decus appellamus, Imperii Germanici administrationem, summa tamen voluntate hanc Fridericum fuisse deprecatum, (46.) suffragioque suo Carolum V. ornans, curasse simul, vt ille ob omnibus tandem Imperator sit renunciatus. Satis omnino nos haec omnia docent, quae vires omni tempore, quod nomen atque auctoritas Saxonicae fuerit Domus, horum-

(non *Huldaricus*, nec *Henricus*, vt tamen vulgo allegatur, recte id notante GOLDASTO *de Regn Bohem. p.* 14.) *in Germ. Chron. l. XXV. ad an.* 1348. *p.* 246 *Tom. II. ap.* PISTORIVM. CASPAR PEVCERVS *in Chron. l. V. p.* 1136. et Dn. VVECKIVS *in Chron. Dresdensi p.* 113. factam hanc esse Friderici electionem an. 1347. afferens. Ceterum scriptores Bohemici plane de hoc silent, quippe qui forte Carolo IV. hoc dedecori esse arbitrati, si, recusante demum Friderico Graui Imperatoriam dignitatem, hanc Carolum accepisse memoriae proderent.

(46) Constat hoc ex ERASMI ROTERODAMI *Epistola* 4. *l. VIII. p.* 425. ad Iohannem, Episcopum Roffensem, data, vbi scribit: *Dux Saxoniae Fridericus ab omnibus delatum Imperium ingenti animo recusauit, idque pridie quam Carolus eligeretur, cui nunquam contigisset imperii titulus, nisi Fridericus deprecatus esset, clarior honore contemto, quam fuisset accepto.* SLEIDANO *de Statu Relig. et Reip. l. I. ad an* 1519. *p.* 26. ALBINO *in Chron. Misn. Tit. XVIII. p.* 233. FABRICIO *in Origin. Saxon. l. IIX. p.* 15. *et* 18. PECCENSTEINIO *in Theatro Saxon. P. I. c.* 11. *p.* 151. GABRIELE BVCELINO *in Annal. Germ. p.* 130. *seq. ad an.* 1519. *Germaniae eius Topo-Chrono-Stemmato-graphicae P. I praefixis.* GERH. A ROO *in Annal. Austr.* DN. SEBASTIANO MVLLERO *in Annal. Saxon. ad an.* 1519. *p.* 72. Nec sine summis rationibus adductus Fridericus hoc faciebat. Partim enim prouectam sibi esse aetatem perpendebat, quae ansam deinde praeberet mox alium se defuncto designandi, vnde maiores, quam nunc, distractiones et factiones in imperio sequerentur. Partim statum eorum temporum, in quo Germania erat constituta, sibi proponebat, cui, magis Carolum V Imperio praeponi, conuenire videbat. Plures rationes, quae Fridericum in accipiendo hoc derinuere, adfert SCHVRTZFLEISCHIVS *de Friderico III. Saxon. Electore* §. 10. *p.* 9. Licet autem tantopere de Carolo Fridericus meritus eo esset: nolebar tamen hic magnam illam pecuniae summam, quam constitisse in tricies mille aureis vult FABRICIVS *d. l.* a Caroli legatis oblatam accipere, sed eam repudiabat, et cum dicti legati, vt permitteret decem millia in ministros distri-

rumque omnium potissimum intuitu, nec immerito, NOSTRADAMVM, celebrem illum Galliae vatem, fuisse inductum, Saxoniae Genti praedicere, fore, vt ad eam successu temporis Caesarea dignitas, quam aliquoties iam recusassent, iterum, et feliciori ac olim euentu, deferreretur. (47.)

Tantum autem abest Imperatores solum ex Saxonibus esse petitos, vt potius et aliis regiis dignitatibus, a nonnullis Europae gentibus ad eos delatis, dignos hos esse habitos ex scriptoribus haud paucis, omnique fide dignis doceamur. Sic Bohemi diuersis temporibus Saxoniae Duces et Electores in Bohemiam vocarunt, et totius Regni curam quo susciperent per legatos, ad eos missos, desiderarunt, qui tamen nullo tempore, haud sine summis rationibus adducti, hoc se honore ornari sunt passi. Confirmant ea quae diximus tum Bohemicarum, tum Saxonicarum Annalium conditores, nominantque nobis primo VVilhelmum, Saxoniae Ducem, et fratrem Friderici Placidi, Saxoniae Electoris, (48.) dein Albertum, lineae Alber-

 tinae

distribui, ab eo postularent, permittebat id quidem, addebat tamen etiam, eum, qui aureum acciperet, non posse amplius locum inter suos aulicos obtinere. Notandum hic iterum est, hac oblatae dignitatis Augustae gloria et splendore scriptores Hispanicos Nostrum fraudare velle, quod tum ex eo apparet, quod nullam huius rei, ea in tempora incidentes, faciunt mentionem, tum quod ex *Chronico Funcciano* eo consilio partem commemorationis, de Friderico III. Electore institutae, et in qua delatum esse illi imperium continetur, deleuerunt. vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alb. III. p.* 121. Loquimur vero hic solum de dictae *Chronologiae* recentiori editione, in antiquiori enim haec adhuc leguntur.

(47.) Vti ex LANOVETI *Epistolis*, a se editis, notat GIOVANI *in Germ. Principe in Hist. de Saxon. c. IV.* §. 15. *p.* 176.

(48.) Mortuo nempe an. 1457. Ladislao Posthumo, Bohemiae Rege, et Annae, VVilhelmi vxoris, fratre. Admirabuntur quidem non pauci, quomodo sit factum vt hanc coronam VVilhelmus recusarit. Primo enim coniugis nomine iam ius aliquod in regnum illud habebat; tum plurimos ex Ordinibus sibi addictos cognouerat, eorumque de suffragiis per legatos, ab iis missos, confirmabatur; denique, idque vel maximum, Bohemia Regnum est Saxoniae vicinum. Sed VVilhelmus, qui pacem amabat, turbas a Georgio Podiebradio, regni illius post obitum

tinae conditorem, (49.) tandem Iohannem Georgium I. Saxoniae Electorem, (50.) qui omnes a Bohemis ad Regium honorem capessendum fuissent vocati.

Nec Bohemi solum sed et Poloni, quo Reges ex Saxoniae Ducibus nanciscerentur, aliquoties, (51.) frustra licet semper, allaborarunt, haud ignari, tales in Saxonia reperiri Principes, qui omnes alios fortitudine longe antecederent, ideoque omnium maxime idonei ad libertatem Sarmaticam, quam summae hi saluti sibi esse iubent, defendendam, et Martium eorum Regnum virtute consilioque administrandum. Quam summam autem Regis auctoritatem SERENISSIMI ILLI SAXONIAE DVCES, aliquoties nempe in Poloniam inuitati, semper, quibus vero ex caussis ignoramus, recusauerant, Principum tandem maximus fortissimusque, FRIDERICVS AVGVSTVS, ad se delatam suscepit, non quidem cupiditate honoris Regii, quo iam antea, licet non nomine Regis, fruebatur, ductus, sed quo omnibus declararet, quam fideliter studioseque totius Germaniae salutem curaret. Parum enim huic fuisset consultum, ne dicamus plane de ea actum, si Contyus summa rerum in Sarmatia fuisset potitus. Hinc necessitatis omnino est summae, vt omnes, qui non ingrati in-

tum Ladislai gubernatore, et a nonnullis in regem iam electo, metuebat. His itaque adductus relinquebat illi dignitatem hanc Regiam. vid. FABRICIVS *in Origin. Saxon. l. VII. p.* 728. ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XVIII. p.* 230. *seq. Dn.* MVLLERVS *in Annal. Sax. ad an.* 1557. *p.* 31.

(49.) An. 1471. post mortem Georgii Podiebradii, cuius filiam in matrimonio habebat (vid. IO. DVBRAVIVS *in Hist. Bohemica l. XXX. p.* 245.) in Bohemiam vocatum. v. omnino FABRICIVS *in Origin. Saxon. l. VII. p.* 802. *seq.* ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XVIII. p.* 231. *seq.* BOIEMVS *in Vita Alberti III. p.* 89. *edition.* SCHVRTZFLEISCHIANAE. *Dn.* MVLLERVS *d. l. ad an.* 1471. *p.* 40. MARTINVS BOREGK *in Chron. Bohemiae P. II. p.* 572. Silentio tamen haec omnia omittit VVENCESLAVS HAGECIVS *in Chron. Bohem. P. II. ad an.* 1471.

(50.) vid. GIOVANI *in Germ. Princ. in Hist. Saxon. c. I. p.* 77.

(51.) vid. GIOVANI *d. l. c. IV.* §. 20. *p.* 178.

(52.) Vt

iniuſtique Germanicae Reipublicae ciues appellari, ſed eorum in numero, qui de libertate Germanica ſeruanda nunquam non ſoliciti memorantur, haberi cupiunt, vt votis precibusque a Summo illo atque Diuino Numine contendant, quo diu hunc SVMMVM HEROEM rebus Sarmaticis praeeſſe permittat, integris firmisque perpetuo viribus ornet, et ab omnibus caſibus aduerſis, quibus affligi vllo modo poſſet, benigne tueatur. Hoc ſi enim fit; non ſperare ſolum, ſed et confidere magnopere poſſumus, fore, vt acerrimum Germaniae propugnatorem, et terrorem omnium immanisſimorum hoſtium, qui fines Hungariae Germaniaeque excurſionibus et latrociniis ſaepius infeſtos reddere ſolent, in SVMMO HOC PRINCIPE habeamus. Praeterquam enim quod Ipſe maxima iam ſui in Germaniam amoris documenta omnibus dederit, vt de hoc nemo ſanus, et qui partium ſtudio deditum ſe profiteri non vult, amplius dubitare queat; et conuenit hoc tum generoſae Tanti PRINCIPIS menti, tum ingenitae, et a Diuis Maioribus relictae, et hereditatis quaſi iure ad Eum delatae libertatis Germanicae tuendae cupiditati, quae omnia non patiuntur quam vt de Germanorum ſalute quam optime mereatur. Quod ſi enim antiquisſima quaeque ſpectemus tempora, inueniemus, nihil magis curaſſe SERENISSIMOS MISNIAE MARCHIONES, quos nunc DVCES SAXONIAEQVE ELECTORES nominamus, quam vt ſui, quo in Germaniam fererentur, ſummi amoris quauis occaſione ederent documenta, id quod et egregia Eorum, quae in Germaniam extant, merita ſatis ſuperque teſtantur. In primis vero ſummae, nec immerito, ducitur laudi PRINCIPIBVS SAXONICIS, quod Auſtrios obſeruantia ſibi deuinxerint ſemper, diligenterque curarint, ne ab Auſtriorum amicitia diſcederent, nec foedus cum illis initum vllo modo violarent, ſed eos contra hoſtes omni ratione tuerentur. (52.) Hinc factum et eſſe videmus, vt amicitiam Saxoniae Ducum ſibi

(52.) Vt vnicum ſolum adducamus Albertum III. Saxoniae Ducem, quanta eius non ſunt in Auſtriacorum gentem merita? vid. PEVCERVS *in Chron. l. V. p.* 1258. *ſeq.* FABRICIVS *d. l. l. VII. p.* 816. *ſeqq.*

(53.) Vti

ſibi nullo non tempore conciliare auidi fuerint Imperatores, haud quippe ignari, quantum interſit potentiam ſuam Saxonum amicitia fulciri.

Quae cum ita ſint, et de quo nullus amplius dubitat; nemo in vanam admirationem, inuidiamque intempeſtiuam adducatur, cum videt, non ſolum tam inſignia in Imperio noſtro officia, in quibus exponendis mox initium ſumus facturi, totque alias dignitates egregias (53.) in SERENISSIMOS SAXONIAE DVCES eſſe delatas, ſed et tantis priuilegiis, (54.) et immunitatibus plane Regiis, maximeque memorabilibus, quaeque ad omnes eorum terras ſpectant, et quibus maxime inter omnes Principes eminent, multis abhinc ſaeculis hos ornatos eſſe atque munitos, et hodie cum SERENISSIMA STIRPE SAXONICA VVETTINENSI conſociata haec omnia, et perpetuo arctiſſimoque nexu copulata. In memoriam potius, ſi quae forte eos admiratio ſubit, reuocent tum ampliſſimam Saxonum dignitatem, tum ſummam poteſtatem, tum denique immortalia eorum, in Germaniam quae conſtant, merita, quibus omnibus reliquos Duces perpetuo anteceſſerunt. Quibus ſi haec tribuunt, non ſolum non habebunt de quo amplius admirentur, ſed et non dubitabunt aſſentiri nobis, vltroque fateri, argumenta eſſe haec ſummae Stirpis Regiique ſplendoris.

SECTIO

(53.) Vti ſunt Electoralis dignitas, officium Archi-Mareſchalli, Archi-Verſatoris, Burggrauii, et quae ſunt aliae huius generis dignitates atque officia, quae ad Sereniſſimos Saxoniae Duces ſpectant.

(54.) Inter quae praecipue numeramus primo antiquum illud ius de non euocando, tum de non prouocando, quae duo iura Electores cum Ducibus Saxoniae habent communia, denique quod Cuſtos et Interpres, ſummusque Protector Iuris Saxonici ſit Elector Saxoniae, quod proprium illi eſt atque peculiare. vid. ANDREAS KNICHENIVS, DOMINICVS ARVMAEVS, IO. LIMNAEVS aliique.

# SECTIO PRIMA
DE
# OFFICIO COMITIS PALATINI SAXONIAE.

Σύνοψις.

§. *I. Comites in Germania Taciti iam aeuo fuerunt. II. Romani Comites in Germania constituunt. Eorum conditio sub Merouingis et Carolingis. III. Initio vna Comitum erat classis, dein varia horum genera orta. IV. Vocabuli Palatini origo. V. Vox Graf vnde descendat. VI. Quando Palatini Comites in Germania constitui coeperint. Quae Comitum Palatii conditio fuerit sub Francis. VII. Quaeque Prouincia in Germania olim suum habuit Comitem Palatinum. Quodnam eorum officium. VIII. Quo tempore factum fuerit hereditarium eorum officium inuestigatur, et quando in Prouinciis esse desierint. IX. Quis primus fuerit in Saxonia Comes Palatinus. X. Familia Comitum Gosecensium obtinet hanc dignitatem. XI. Venit ad Sommersenburgenses. XII. Henricus Leo fit Comes Palatinus Sax. XIII. Translatio Palatinatus Sax. ad Thuringos. Quis primus eorum obtinuerit Palatinatum hunc. XIV. Misnensibus vna cum Thuringia Sax. Palatinatus obuenit. Palatinatum Thuringiae nunquam extitisse asseritur. XV. Ascaniis confertur Palatinatus Saxoniae. XVI. Misnenses eum recuperant. XVII. Palatinorum Comitum potestas pro diuersitate temporum fuit diuersa. Tandem ad ipsos Duces transit. XVIII. Olim Palatinorum Saxoniae dignitas plane fuit distincta a Ducali. XIX. Locus Iudicii Palatini fuit Imperatoris Palatium. An hic cum familiis sit mutatus. XX. Explicantur Iura, quae Comites Palatini Sax. ratione dignitatis suae olim habuerunt. XXI. Quando Electores Sax. omiserint titulum Comitis Palatini. XXII. Agitur de insignibus Palatinorum Comitum Saxoniae.*

 §. I.

§. I.



Ntiquissimam esse Comitum in Germania memoriam omnes nobis facile largiuntur, maxime cum videant, TACITVM iam dum, (1.) ob summam fidem, quam in exponendis rebus et antiquitatibus Germanorum adhibuit, ab omnibus magni aestimatum, mentionem facere eorum. Cum autem veritati consentaneum magnopere videatur, hos non demum TACITI aetate suam apud Germanos traxisse originem; non dubitamus affirmare, et ante eius tempora hos in Germania fuisse, licet antiquiorum scriptorum fide, quod fatemur, hac in re destituamur.

§. II.

Romani, veteres Germanos imitati, in ea Germaniae parte, quam sibi subiugauerant, Duces et Comites constituere, (1.) qui etiam a Francis, Romanos iterum e finibus Germaniae eiicientibus, retenti, (2.) nec quidquam Carolingorum aeuo, (3.) et postea (4.) hac in re videmus immutatum. Quamuis autem inficias ire haud queamus, potissimam muneris eorum partem omni tempore absoluisse iustitiae administrationem: (5.) hoc tamen etiam certum est, non vnam horum eandemque semper fuisse conditionem, sed modo maiori, modo minori potestate eosdem fuisse instructos. (6.) Nostri instituti ratio haud patitur, in his mutationibus

(1.) *de Morib. German. c. XII.* vbi: *eliguntur in iisdem Conciliis et Principes, qui iura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe Comites consilium simul et auctoritas adsunt.*

(1.) vid. LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. I. c. 9. p. 21. seq.*

(2.) Idem *l. II. c. 17. et 18. p. 72. seq.*

(3.) CONRINGIVS *de Ducib. et Comit. Imper. Germ. §. 13. seq.* add. LEHMANNVS *l. c. l. II. c. 18. p. 74. seq.*

(4.) Imperio nempe ad Germanos translato. vid. CONRINGIVS *c. l. §. 20. seq.*

(5.) LEHMANNVS *dd. ll.*

(6.) vid. omnino CONRINGIVS *c. l. §. 20. seq.* add. SCHILTERVS *in Comment. ad I. F. Alem. p. 30. §. 13.* LEHMANNVS *l. II. c. 15. p. 66. c. 17. p. 72. c. 18. 19. 21. 42. p. 149. l. IV. c. 1. p. 230. seq.*

(7.) CON-

bus ostendendis atque inuestigandis nos esse prolixos, sed postulat vt eos solum indicemus, qui iam in hoc argumento persequendo longe multumque fuere occupati. (7.)

§. III.

Sed, cum primis temporibus non nisi vna Comitum classis nota esset cognitaque, qui simpliciter Comites et sine vlla adiectione appellabantur; factum tamen est vt temporis successu (1.) varia eorum genera orirentur, tum a locorum varietate, quibus vt praeessent erant constituti, tum negotiorum diuersitate, quibus occupabantur, cognominati. (2.) Sed sufficiant haec de Comitum in Germania antiquitate, officio, variisque ordinibus sensim ortis attulisse, nobis maxime curae sunt Comites Palatini Saxoniae, quorum originem declarare, officium, quo olim fungebantur, exponere, iuraque attingere constitutum habemus. Ante vero quam ad ipsam horum omnium tractationem aggredimur; quaedam nobis de Comitibus Palatinis, nulla habita huius vel illius prouinciae ratione, differenda esse putamus, haud dubitantes, fore, vt, his finitis, in ipsa tandem expositione eo feliciori successu progredi queamus.

§. IV.

Tam variae sunt in origine vocabuli Palatini exponenda eruditorum opiniones, vt in tanta earum diuersitate atque copia cui assentiamur vix habeamus. Optime tamen nobis sentire de hac videtur MARQVARDVS FREHERVS, (1.) a palatio illud deriuans. Per

 pala-

(7.) vid. CONRINGIVS *de Ducibus et Comit.* §. 6. *seq.* LVDVVIG *in Formula Ducatus Brandenb. p. 10. seq.* et praecipue ANTONIVS DADINVS ALTESERRA *de Ducibus et Comitibus Prouincialibus Aquitaniae.*

(1.) Sic, sub Carolingis tria Comitum genera obtinuisse, testatur LEHMANNVS *l. II c. 17. p. 72.*

(2.) vid. *Excellentiss. Dominus* PRAESES *in Syntagm. I, P. Diss. XX.* §. 6. *Dn.* HORNIVS *in Diss. de Burggrauiatu. Magdeb.* §. 2.

(1.) *Lib. I. Orig. Palat. c. 2. p. 38.* quando ait: *Est Palatinatus merum nomen officii et dignitatis, quod Imperatores Germani instituere, vt alia ei similia. Et vt a Burgo seu castro praesidioque factus est Burggrauius, a Marka vel limite, Marggrauius,*

palatium autem hic nihil aliud denotare volumus quam vocem vernaculam *Pallaſt*, vt ita Comites Palatini rectius Germanice *Pallaſt-Grafen* vocarentur. Sed veteres Germani, more ſuo breuiter et corrupte loquentes, eos nominarunt *Paltz-Grafen*, vnde tandem vocabulum *Pfaltz-Graf* eſt natum. (2.) Ceterum erroneam SPECVLATORIS SAXONICI hac in re ſententiam refutat CONRINGIVS. (3.)

§. V.

Vox *Graf* vnde deſcendat non minus inter ſcriptores diſceptatur. Alii enim a voce *Grabe*, qua foſſam denotamus, ac ſi limitibus ſolum hi fuiſſent praepoſiti: (1.) alii a Graeco γράφειν: (2.) alii a grauitate: (3.) alii ab Anglico Grith, quod pacem ſignificat, et Latino Vae, quaſi iure debeant facere pacem inter eos, qui patriae referunt Vae, h. e. miſeriam et malum: (4.) alii ab aureo Principis graphiario, quod in Graphionum poteſtate fuiſſet: (5.) alii a canitie, germanice *Grau*, (6.) deducere amant. Nos merito aſſentimur HENRICO GVNTHERO THVLEMARIO, qui, omisſis deriuationum ambagibus, vocem hanc ab ipſis Germanis inuentam eſſe putat. (7.) Hoc interim nemo negabit, nomine *Graf* ſolos

*vius, a Landa vel prouincia, Landgrauius, a Centena, Centgrauius, ita et a Palatio vel curia Pfaltz-Grauius.* add. COCCEIVS *in I. P. c. III. §. 90. et c. XV. §. 16.* Nec a nobis diſſentit *Auctor des Gegenberichts von Chur-Pfältziſcher Vicariats-Gerechtigkeit p. 16.* Varias ſententias hac de re collegit IOH. LIMNAEVS *in Iure Publico. Tom. I. Lib. IV. cap. IV. n. 28. p. 27. et in Additionibus ad h. l. p. 404.*

(2.) vid. REINERVS REINECCIVS *in Tr. von des Adels Herkommen.*

(3.) *de Iudiciis Germ. §. 90.*

(1.) vid. LIMNAEVS *l. d. Tom. I. L. IV. c. 4. n. 14. ſeqq. p. 23. et in Additionibus ad h. l. p. 402.*

(2.) VVENDELINVS *in Gloſſar. Salico voc. Graphio. p. 1157.*

(3.) VULTEIVS *de Feudis l. I. c. IV. n. 14. p. 59.*

(4.) GOCKELIVS *de Europ. Regib. c. XVI. n. 19.*

(5.) CHIFFLETIVS *in Anaſtaſi Childerici c. 13. p. 191. it. in Vindiciis Hiſpan. c. V. p. 38.*

(6.) EYBENIVS *in Electis l. F. c. II. §. 6. p. 531. in Operib. edit. Hertianae.* STVMPFIVS *in Chron. Heluet. lib. IV. p. 290.* BRVMMERVS *de Scabinis c. III. §. 5. ſeqq.*

(7.) *in Tr. de Octoviratu c. XVII. §. 9. in f. Putamus autem vocem Graf ab origine natam non factam, aut aliunde deriuatam, ita, vt originaliter nihil aliud quam Iudicem denotauerit.*

(8.) Hinc

los olim iudices fuiſſe adpellatos, vocesque *Graf* et *Richter* a ſe invicem plane non fuiſſe diuerſas. (8.)

§. VI.

Vetuſtisſima licet, et iam olim cum Germaniae dignitate coniuncta, origo ſit Comitum Palatinorum in Prouinciis Germaniae; ignotum tamen adhuc eſt, qua aetate ab Imperatoribus ſint conſtituti. Equidem multi, ad Carolingorum iam aeuum eorum eſſe referendam originem, contendunt: Sed haud immerito CONRINGIVS, (1.) Palatii Comites cum Palatinis Comitibus ab illis confundi, pronunciat, et ſub Saxonicis potius Imperatoribus certiorem eorum, magisque genuinum ortum quaerendum eſſe oſtendit. Quanquam enim negari haud queat, Carolum M. cum Duces ex prouinciis eximeret, Comitesque eorum loco iis praeficeret, conſtituiſſe vt in curte publica iura hi dicerent, et vicarii eſſent Imperatoris, in quo cum Palatinis Comitibus, ſub Imperatoribus Saxonicis ortis, omnino conueniunt: in eo tamen illi ab his merito veniunt diſtinguendi, quod Comites prouinciae ſub Carolo M. in vniuerſa prouincia, cui erant praepoſiti, iura redderent, Comites vero Palatini ſub Imperatoribus Saxonicis terram, Palatinatui adiectam, ſolum gubernarent, in eaque potisſimum iurisdictionem exercerent. Nec etiam huc pertinent Comites Palatii veterum Romanorum, quos non in ſuo ſolum territorio, ſed et in Germania, ſibi ex parte adquiſita, habuiſſe eos veritati conſentaneum videtur. (2.) Frequentem de his mentionem facit Ius antiquum Ro-



manum,

(8.) Hinc GLOSSATOR *Speculi Sax. L. III. art. 13. Ein Graf bedautet nach den alten Sächſiſchen Teutſchen einen Richter, darum haben dieſen Nahmen viele vnterſchiedene Richter.* Cur a Romanis ſint Comites dicti vid. BRVMMERVS *d. l. c. II. §.* 9. 10.

(1.) *de Iudic. Germ.* §. 89. vbi: *Neque ante haec tempora, (Caeſarum Saxonicorum) vsquam legas memoratos eſſe eiusmodi Comites Palatinos. add. §. 90. et in Cenſura Diplomatis Ludouiciani c.* 11. *p.* 103.

(2.) vid. GVTHERIVS *de Offic. Dom. Aug. l. III. c.* 24. et TOLNERVS *in Hiſt. Palat. c. IV. p.* 114. *et c. V. p.* 141. add. CONRINGIVS *in cenſura Diplomatis Ludouiciani c.* 11. Diverſitatem illorum a Comitibus Palatinis noſtris eleganter oſtendens. *p.* 103.

(3.) Quo-

manum, ſimulque nos docet quodnam fuerit officium eorum. Plane quoque diuerſi a noſtris Comitibus Palatinis ſunt Comites Palatii veterum Francorum, (3.) qui, Romanorum ditiones, in Germania adquiſitas, occupantes, hanc dignitatem retinuerunt, (4.) ad poſterosque transmiſerunt. Sicuti autem apud Romanos plures ſacri palatii Comites, pares dignitate, reperiebantur: ita apud Francorum Reges vnus prae ceteris, qui titulo hoc vtebantur, (5.) eminebat. Obtinebat hic principem locum inter regni Francici officiales, aulaeque Proceres, et nomen Maioris Palatii Comitis, vt et Maioris Domus Regiae a Domo regia adipiscebatur, cum ceteri officiales domeſtici ſolum, idque initio, poſtea vero vel Comites ſine vlla adiectione, vel Comites Palatii appellarentur, qui Senatum quaſi Palatinum conſtituebant, nec raro a Regibus in prouincias, vt eorum vice iuſtitiam adminiſtrarent, mittebantur. (6.) Quanta autem huius Maioris Palatii Comitis fuerit poteſtas, quaeque ad negotia tuenda fuerit conſtitutus, optime oſtendunt EGINHARDVS (6a.) et HINCMARVS RHEMENSIS, (7.) et ſummam

(3.) Quorum conditionem a noſtris Comitibus Palatinis, tempore quippe poſterioribus, prorſus diſtinctam egregie docet CONRINGIVS *de Iudic. Germ.* §. 38. 39. et 59. Hos tamen etiam lingua vernacula *Pfaltz-Grafen* vocatos, vult LEHMANNVS *l. c. lib. II. c. 9. p.* 59.

(4.) vid. CAROLVS LVDOV. TOLNERVS *in Hiſt. Palat. p.* 141. vbi *Fractis etiam per inſequentia tempora Romanorum viribus, prouinciisque a Francis, Gothis etc. hinc inde occupatis, iidem Franci etc. aemulatione ſplendoris Romani flagrantes, priscam Romanorum et regiminis formam, et aulae dignitatumque pompam retinere ſtuduerunt. add. p.* 142. vbi ex ſcriptoribus antiquis pluribus haec probat.

(5.) *Vid. Excellentiſſ. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diſſ. XX.* §. 9. et TOLNERVS *l. d. c.* 4. *p.* 109. 110.

(6) vid. TOLNERVS *d. l. c.* 5. *p.* 142. *et* 144.

(6a.) *in Vita Caroli M. c.* 1. ſtatim ad initio, ex quo docemur parum poteſtatis Regi fuiſſe relictum. Vbi et addit, *hereditario velut iure* Pipinum, Caroli M. patrem, prouinciam Maioris Domus poſſediſſe. *c.* 2.

(7.) *in Epiſtola data ad Proceres regni pro inſtitutione Carolomanni regis etc. quae reperitur Tom. II. Operum p.* 201. *edit. Pariſinae in f. de an.* 1645. quando *c. XIX.* ait: *E miniſtris Regum Francorum praecipue duo, i. e. Apocriſiarius, qui vocatur apud*

mam hanc apud Merouingos fuiſſe teſtantur, cum tamen ſub Carolingis eam imminutam videamus. Carolus enim M. non ſine ſummis rationibus adductus, (8.) non ſolum imperium eius partiebatur, plures, quos Comites Palatii appellabat, conſtituens, ſed et prohibebat eos cauſas Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, aliorumque potentiorum componere, iuſſu ſuo non accedente, quod probat ipſius Caroli M. lex, quam CONRINGIVS aliique adducunt. *(9.)* Nec quidquam autem quoad Comites Palatii a ſucceſſo-

*apud nos Capellanus, vel Palatii cuſtos, de omnibus negotiis eccleſiaſticis, vel miniſtris eccleſiae, et Comes Palatii, de omnibus cauſis ſaecularibus vel iudiciis ſuſcipiendis curam inſtanter habebant: vt nec eccleſiaſtici, nec ſaeculares prius Domnum Regem, absque eorum conſultu, inquietare neceſſe haberent, quousque illi praeuiderent ſi neceſſitas eſſet vt cauſa ante Regem merito venire deberet. Si vero ſecreta eſſet cauſa, quam prius congrueret Regi, quam cuiquam alteri, dicere, eundem dicendi locum eidem ipſi praepararent, introducto prius Rege, vt hoc iuxta modum perſonae vel honorabiliter, vel patienter, vel etiam miſericorditer ſuſciperet.* Et ibid. c. *XXI. Comitis autem Palatii inter cetera pene innumerabilia, in hoc maxime ſollicitudo erat, vt omnes contentiones legales, quae alibi ortae, propter aequitatis iudicium, aggrediebantur, iuſte ac rationabiliter determinaret, ſeu peruerſe iudicata ad aequitatis tramitem reduceret, vt et coram DEO propter iuſtitiam, et coram hominibus propter Legum obſeruationem, cunctis placeret. Si quid vero tale eſſet quod leges mundanae hoc in ſuis diffinitionibus ſtatutum non haberent, aut ſecundum conſuetudinem crudelius ſancitum eſſet, quam Chriſtianitatis rectitudo, vel ſancta auctoritas merito non conſentiret, hoc ad Regis moderationem perduceretur, vt ipſe cum his, qui vtramque legem noſſent, et DEI magis quam humanarum ita decerneret, ita ſtatueret, vt, vbi vtrumque ſeruari poſſet, vtrumque ſeruaretur.* add. de his etiam GREGORIVS TVRONENSIS *in Annal. Franc. l. IX. c. 30. et* LEHMANNVS *in Chron: Spir. l. IX. c.* 20.

(8.) Quas enarrat LEHMANNVS *l. II. c. 9. p.* 59. add. TOLNERVS *d. l. c. IV. p.* 109. 110. diuerſitatem Palatii Comitum ſub Carolingis a Maiore Domus Merouingorum aeuo oſtendens.

(9.) *in Diſſ. de Iudic. Germ.* §. 14. et LEHMANNVS *c. l.* qui tamen aeuum Merouingicum cum Carolingico per totum hoc cap. cit. alias confundit. Ceterum deſumta eſt haec lex ex *capit. 2. Capitularis Caroli M. de an.* 812. a STEPHANO BALVTZIO *Capitularibus Regum Franc. p.* 497. et ab ANSEGISO, *Abbate*, et BENEDICTO LEVITA *Capitularium Caroli M. et Ludouici Pii libris VII.* (ab iisdem ante annos octingentos collectis, nunc primum vero integris et emendatis ope XIX. MStorum antiquorum exemplarium a BALVTZIO editis et *Tom. I. Capitular. Reg. Franc. p.* 697. adie-

cessoribus Caroli M. esse mutatum, LEHMANNVS probat. (10.) Vltimo denique notari meretur, omnes officiales Regum Francorum Palatinos fuisse appellatos, (11.) hos vero iterum in maiores et minores, quos LEHMANNVS nobis enarrat, diuisos. (12.)

§. VII.

Sed de via nos declinasse dum videmus; ad Comites nostros Palatinos, quorum rationem ad tempora potissimum Saxonicorum Imperatorum reiecimus, reuertimur. Diuidebatur vniuersa Germania medio aeuo in quinque prouincias, quae tamen non vno semper eodemque modo gubernabantur. Initio enim Duces vna cum Comitibus, (1.) tum soli Comites, (2.) denique iterum et Comites cum Ducibus imperio in iis praeerant, (3.) quod vltimum sub Teutonicis inprimis Imperatoribus obtinebat, quibus temporibus et in vnaquaque prouincia praeter Ducem Comes Palatinus constituebatur. (4.) Notandum tamen hic est, quod, sicuti Franciae et Terrae Rhenensi commune erat Regni Palatium: ita et

adiectis) inserti. Et quidem extat haec lex *l. III. c. 77.* collectionis ANSEGISI *p. 768. ap.* BALVTZIVM *d. l.*

(10.) dict. *l. II. c. 9.*

(11.) vid. *Obseruatio de Comitibus Palatinis tam Germaniae quam Galliae*, excerpta e libro PITHOEI singulari, cui Tit: *Memoires des Comtes de Champagne et Brie* etc. *edit. Paris. an. 1581. et in latinum conuersa per M. F.* additaque FREHERI *Originibus Palatinis. p. 6.* vbi ita: *Palatini appellatio generalis est, et communis omnibus qui munus aut officium aliquod gerunt in Palatio Imperatoris.*

(12.) *l. c. L. II. c. VI. p. 56. et c. XIII. p. 64.* add. CONRINGIVS *de negotiis Conuentuum Imper. §. 20.* Eandem officialium diuisionem et apud Romanos obtinuisse, vult STRAVCHIVS *in Diss. I P. III. §. 1. p. 65.* eaque de causa et omnia officia aulica Palatina apud eos fuisse appellata. PITHOEVS *d. l. p. 6.*

(1.) aeuo nimirum Merouingico. vid. LEHMANNVS *l. II. c. 16. p. 69. seq.*

(2.) vt sub Carolo M. et nonnullis eius successoribus eueniebat. vid. LEHMANNVS *d. l. c. 17. p. 72.* add. CONRINGIVS *de Ducib. et Comit. Imp. Germ. §. 14. seq.*

(3.) Intellige vltimis Carolingorum temporibus, et sequentibus. CONRINGIVS *c. l. §. 19. seq.*

(4.) conf. *Excellentiss. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diss. XX. §. 10.* add. SCHILTERVS *in Diss. de Inuestit. Principum simultan. c. 4. §. 4. eiusdem Comment. ad I. F. Alem. adiecta. p. 536.* CONRINGIVS *de Iudic. Germ. §. 89. seq.* DN. COCCEIVS *in I. P. c. XV. §. 17.* (5.) vid.

et hae prouinciae vnum ſaltim habuerint Comitem Palatinum. Vt vera itaque ſint quae de eorum numero tradit SVEVICVS SPECVLATOR. (5.) Nec obſtat, Lotharingiam, Marchiam, Weſtphaliamque Comitibus eiusmodi fuiſſe deſtitutos, huius enim rei quae ſit vera ratio, pluribus oſtendit *Excellentiſſimus Dn.* PRAESES. (6.) Licet autem quae Palatinorum noſtrorum ſit origo quodammodo pateat; fateamur tamen neceſſe eſt, non habere nos quid ad eam quaeſtionem, num vno eodemque tempore tres illi prouinciales Palatini in prouinciis fuerint conſtituti, an potius vnus poſt alium eſſe coeperit, reſpondeamus. Admodum enim dubia hic ſunt omnia, nec, qui certa hac in re docere nos allaborant, veritate ſed coniecturis nituntur. (7.) Omittimus itaque haec, et de eo ſolum ſumus ſoliciti, tum vt oſtendamus, quorum negotiorum cura ipſis ab Imperatoribus fuerit commiſſa, tum etiam diuerſam eorum a Ducibus fuiſſe dignitatem poteſtatemque. Sicuti autem ſemper Principes Comitibus fuere antelati: ita et Duces in prouinciis Comitibus Palatinis dignitate fuere ſuperiores, vt tamen hi ab illis proximum obtinerent locum, (8.) et Burgrauios, (9.) aliosque Comites longe poſt ſe relinquerent. (10.) Comites enim Palatinos Rheni et noſtris, et ſuperioribus temporibus auctoritate Ducibus

F fuiſſe

(5.) vid. Dn. COCCEIVS *c. l.* qui et egregium in ſingulis exponendis ſuſcepit laborem, vbi et SPECVLATORIS verba adducit. Licet plures fuiſſe velint SCHRTZFLEISCHIVS *Epiſt. 36. Tom. I.* et SCHVVEDERVS *in Diſſ. de Praerogatiua Comit. Palat. Rheni* §. 1.

(6) *d. l.* §. 10. add. *Dn.* COCCEIVS *c. l.* §. 20.

(7.) quod *et* SAGITTARIO, primum fuiſſe Saxonicum affirmanti, contigiſſe videmus *in Antiquitat. Alſtetenſ.* §. 22.

(8.) vid. AVENTINVS *lib VI. Annal. p.* 269. *et p.* 297. vbi, de Praefecto Praetorio (i. e. Comite Palatino) Bauariae differens, ait: *Quae tum maxima dignitas ſecundum Regulum*, i. e. Ducem, *erat.* add. CONRINGIVS, MONZAMBANO, HERTIVS, COCCEIVS et LEVINVS VON AMBEER *im Sachſen Lauenburgiſchen Stamm-Fall p.* 48. §. 18.

(9.) qui cum Comitibus Palatinis perperam confunduntur, notante hoc DN. HORNIO *de Burggrau. Magdeb. p* 7. *ſeqq.*

(10.) vid. FREHERVS *de Orig. Palat. l. I. c.* 2. *p.* 32.

(11.) SCHIL-

fuiſſe pares alia ſubeſt cauſa, quod nimirum illi prouinciae vniverſae, hi terrae ſolum immediatae, a tota prouincia ſeparatae, erant praefecti. (11.) Non autem ſolum dignitate ſed et poteſtate Duces a Comitibus Palatinis, probante hoc AVENTINO (12.) aliisque, diſtinguebantur, vt itaque deceptum videamus SPECVLATOREM SAXONICVM, affirmantem, Comitis Palatini et Ducis dignitates ſemper fuiſſe coniunctas, meritoque ob id notari a CONRINGIO, (13.) qui nobis affirmat, tum demum dignitatem Palatinam cum Ducali in prouinciis fuiſſe vnitam, cum iam per aliquot ſecula illa in his duraſſet. Quae cum ita ſint, totque ſcriptorum loca nobis confirment, officium omnium Palatinorum praecipuum fuiſſe, loco Imperatoris ius dicere in prouinciis, non poſſumus nobis perſuadere, quibus ex rationibus nonnulli recentiorum ſint adducti, vt, quamuis perperam, exiſtiment, ſolum Palatinum Regni (Rhenenſem) vice Imperatoris iuſtitiam adminiſtraſſe, ceteros vero (Prouinciales) nomine Ducum. Quamuis enim inficias ire haud queamus, Rhenenſem primum, ſolumque ab initio, in Germania noſtra extitiſſe, et, cum plures ab Imperatoribus Palatini Comi-

(11.) SCHILTERVS *in I. P. Tom. I. L. I. T. XXI. §. 6. p. 123. ſeqq.*

(12.) *Lib. IV. Annal. p. 297: Comes Palatinus vicem Caeſaris, praeſidendo Senatui principali, fungebatur, ſidem Imperatoris implorantibus aderat et ius reddebat, fiſcum Auguſti, praedia Salica, reditus Regios procurabat, Caeſareum cenſum exigebat. Nihil citra eius auctoritatem Duci aut decernere aut ſtatuere licebat, ſi Senatus Conſultum Reguli (Ducis) diſplicebat, intercedebat, et ad Caeſarem referebat.* Et DANIEL HEIDERVS *in Apologia pro ciuitate Lindauienſi p. 7. Zumahl hat der Keyſer denen Hertzogen ihre Pfaltz-Grafen, denen Biſchoffen vnd Aebten, ihre Kaſten-Voigte, vnd dann denen Stadten ihre Reichs-Voigte überbunden vnd an die Seite geſetzet, welche der Keyſer vnd Könige iura der Enden in acht nehmen, vnd üblich fortſetzen ſolten.* add. *Excellentiſſ. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diſſ. XX. §. 10. Dn.* COCCEIVS *in I. P. c. XV. §. 16. 17.* LEVINVS VON AMBFER *d. l. p. 48.* PETRVS PITHOEVS *dans ſes Memoires des Comtes Palatins de Champagne et Brie p. 479.* TOLNERVS *in Hiſt. Palatin. c. 5. p. 142. Auctor des Europaeiſchen Herolds P. I. p. 287.*

(13.) *Diſſ. de Iudiciis German. §. 90 et 91.* vbi et alias GLOSSATORIS et SPECVLATORIS ſententias erroneas notat. Non minus inepta ſunt quae habet GLOSSATOR *ad*

*VVeich-*

Comites in prouinciis constituerentur, principem semper inter omnes obtinuisse locum, (14.) et iuribus quibusdam singularibus prae ceteris fuisse gauisum: falsum est tamen, solum Palatinum Rhenensem Imperatoris officialem fuisse, ceteros Ducum. (15.) Non enim confundenda hic sunt ea iura, quae in Prouincia Rhenensi qua Palatinus Comes exercebat, quae et ceteris competiisse constat, cum iis quibus tanquam supremus Imperii iudex fruebatur, illa solum tractum Rhenensem, haec vniuersum Imperium concernebant, illa ceteri Comites Palatini cum Rhenensi habebant communia, haec Rhenensi soli erant relicta. (16.) Accedit, quod, si Ducum officiales fuissent, ab Imperatoribus in his dignitatibus constitui, ob delicta admissa iis priuari, et pro eorum grauitate relegari non potuissent, quae tamen omnia esse facta, exempla, ab annalium conditoribus literis consignata, satis superque declarant. (17.)

§. VIII.

Et cum initio hanc dignitatem Imperatores suo arbitratu, liberaque ex voluntate adducti, modo in hanc, modo in illam familiam conferrent: (1.) factum est tamen, vt, cum successu temporis magnis ab Imperatoribus Comites nostri Palatini *Regalibus* augerentur, Saeculo demum XII. maximeque aeuo Friderici, Imperatoris, iure hereditario eam inciperent possidere, et ad liberos



*VVeichbild art. 16. das Hertzogthum zu Sachsen heist die Pfallentz, vnd darum ist ein ieder Churfurst zu Sachsen allewege Pfaltz-Grafe zu Sachsen.*

(14.) vide FREHERVM *de Origin. Palatin. l. I. c. 1. in f. p. 32.*

(15.) vid. TOLNERVS *in Codice Diplomatico p. 35.* adducens Diploma de anno 1103. in quo Palatinus Saxon. aeque ac Rhenensis inter Principes Imperii numeratur.

(16.) quod pluribus ostendit *Excellentiss. Dn.* PRAESES *c. l. Diss. XX. §. 14. Dn.* COCCEIVS *I. P. c. XVI. §. 19.*

(17.) vid. hanc in rem FABRICIVS *in Orig. Sax. l. I. p. 85. et 86.* Fridericum II. Comitem Palatinum Saxon. ab Imperatore dignitate esse priuatum, inque exsilium missum, ostendens.

(1.) MEIBOMIVS *in Chronico Marienthalensi T. III. Rer. Germ. p. 246.* SCHVRTZFLEISCHIVS *Tom. I. Epist. 37.* GIOVANE *in German. Principe in Histor. Saxon. p. 167.*

(2.) SCHVRTZ-

beros posterosque transferre, (2.) licet beneficiaria inauguratio ab Imperatoribus ipsis semper esset petenda. At enim vero non eadem perpetuo fruebantur fortuna, potestate enim Ducum tanta indies incrementa sumente, vt et iura, quae in provinciis adhuc Imperatoribus erant relicta, ad se trahere haud amplius dubitarent; necesse sane erat, vt Comitum Palatinorum officium, quod in iuribus Imperatorum asserendis exercendisque consistebat, tandem plane cessaret, nec amplius in prouinciis audiretur. (3.) Quid vero in Saxonia cum iis sit actum, nunc demum, ceteris omissis; videbimus.

§. IX.

In Comitum Palatinorum Saxonicorum ortu repetendo dum occupamur; dubium omnino eundem esse admodumque incertum ex scriptorum antiquorum silentio, recentiorumque dissensu haud immerito colligimus. Qui enim Albionem (1.) primum fuisse Saxoniae Comitem Palatinum contendunt, (2.) auctoritate veterum scriptorum plane destituuntur. Quamuis enim haud inficiemur, magnam esse ALBINO et FABRICIO in rebus tum eorum aetate, tum paulo ante gestis habendam fidem: necessitatis tamen fuisset ut in iis, quae retro fuerunt acta, scriptores adduxissent coaeuos documentaque. Nec possumus assentiri iis, qui Adalberonem, (3) tan-

(2.) SCHVRTZFLEISCHIVS *c. l.* Fallitur itaque PAVLLINI, qui *in Antiquitat. Isenacens. p.* 24. in Adalberonem iam iure hereditario Palatinam dignitatem in Saxonia collatam fuisse putat, nititur enim meris coniecturis, nulla scriptorum fide, vt alia, hac de sententia quae adhuc essent monenda, silentio praetermittamus.

(3.) vid. Dn. COCCEIVS *in I. P. c. XV.* §. 20. in primis vero GIOVANI *d. l. p.* 168. *in f.*

(1.) Siue Alberonem, quem et Albium, item Adelwigum appellat ALBINVS *im Stamm-Buche des Hauses Sachsen p.* 113. et a Carolo M. aduersus quem cum VVittekindo antea bellauerat, primum Comitem Palatinum Saxoniae eum esse constitutum addit.

(2.) vt sunt FABRICIVS *in Saxonia Illustrata L. I. p.* 70. *seqq.* ALBINVS *im Stamm-Buche, etc. p.* 113. it. *in Progymnasmatibus nouae Saxonum Historiae p.* 104. REVSNE-

RVS

(3.) tanquam primum adducunt, (4.) teſtemque huius rei adhibent TANCMARVM, (5.) non enim illud, quod tamen ſtudent, ex eo probant, dum verba, Adalberonem fuiſſe quidem Comitem Palatinum, non vero Saxoniae, multo minus primum indicant. Poſſemus quidem certa ratione adſtipulari SCHILTERO, (6.) qui TRVTMANNVM primum Saxoniae facit Comitem Palatinum, idque ex praecepto Caroli M. TRVTMANNO anno 789. in villa Trutmanni ſiue Tremonia conceſſo, (7.) probat, in quo haec verba leguntur: *Quapropter in illa parte Saxoniae Trutmannum, virum illuſtrem, ibidem Comitem ordinamus, vt reſideat in curte ad campos, in mallo publico, ad vniuerſas cauſas audiendas, vel ad recta iudicia terminanda. Isque aduocatum omnium presbyterorum in Saxonia fideliter agat, ſuperque vicarios et Scabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat, et animaduertat, ita, ut*

 *officia*

RVS *in Stemmate VVittekind. p. 4.* Sed iſte nullum plane ſuae ſententiae probandae cauſa ſcriptorem, ille RVXNERVM quidem, nullius tamen fidei, adducit.

(3.) Auum maternum Sancti Bernhardi, Epiſcopi Hildeſienſis, qui mortuus anno 1022. uti ex BVCELINO *in Annal. Germ. ad ann. 1015. p. 70. Part. I. eiusd. Germaniae Topo-Chrono-Stemmato-graphicae Sacrae et profanae praemiſit.* Oſtendit PAVLLINI *in Chronico Hillesheimenſi p. 80.* quod reperitur in *Syntagmate eius Rerum Germ.* Ex hoc vero colligimus, vixiſſe Adalberonem vel Henrici Aucupis, vel Ottonum aetate.

(4.) quod velle videtur SAGITTARIVS *in Antiqq. Alſtetenſ. §. 22.* dum, primum fuiſſe eum poſt tempora Regum Francorum, ait, ante haec enim nullos extitiſſe conſtat. Nec poterit probare PAVLLINI *in Antiqq. Iſenac. pag. 24. §. 31. et in Chron. Hillesheim. p. 79. §. 15.* primum fuiſſe hunc Comitem Palatinum Saxoniae hereditarium.

(5.) dicti Bernhardi vitam qui exponit, et *cap. I.* ita inquit: *Auus quippe eius Athelbero Palatinus Comes, vir plurima virtutum laude inſignis, qui commiſſae praefecturae exactionem magis ex debito, quam ex intentione gerebat.* apud Ill. LEIBNITIVM *Tom. I. Rerum Brunſuic. p. 442.* Sic etiam incertum eſt plane, quid BERTIVS *in Comment. Rer. German. L. 2. c. 11. p. 306.* nobis prodit, Palatinatum Saxon. ab Ottone II. inſtitutum contendens.

(6.) *in Commentar. ad J. F. Alem. p. 250.* et in *Tr. de inueſtitura Principum ſimultanea c. 4. §. 2. p. 533.* ibid.

(7.) Reperitur hoc praeceptum *in* BALVZII *Capitularibus Reg. Fr. Tom. I. p. 249.* apud MEIBOMIVM *in notis ad VVitichindum Tom. I. p. 689.* SCHATENIVM *in Annal. VVeſtphal. Lib. VIII. p. 539.*

(1.) REI-

*officia sua sedulo peragant*. Tenebat enim se, uti videmus, in curte siue palatio Regio, eodemque fere officio, quo Comes Palatinus postea, in Saxonia fungebatur, licet nomine, quod posteriori demum tempore in prouinciis fuit ortum, careret. At enim vero cum in Saxonia vniuersa iis temporibus solos Comites Palatinos adhuc, nec Duces fuisse sciamus; diuersam sane rationem Trutmanni a Comitibus Palatinis, sub Imperatoribus Saxonicis demum ortis, deprehendi fatendum est nobis. Posteriori enim aeuo vna cum Ducibus Comites Palatini Saxoniae praeerant, illisque prouinciam gubernare, his vero iudicandi potestas in terra inprimis immediata relinquebatur.

§. X.

Postea vero quam Comites Palatini sub Imperatoribus Saxonicis in suam formam erant redacti; dignitatem hanc in Saxonia temporis successu ad Comites Gosecenses, qui ex familia Wittekindea orti memorantur, (1.) antiquissimamque Comitum Palatinorum Saxoniae memoriam seruant, delatam inuenimus. Primus illorum fuit Dedo, (2.) ex Friderico I. Comite Gosecensi, et Agnete Dedonis, Lusatiae et Landsbergi Marchionis, (3.) filia prognatus, et ab Henrico III. Imperatore, ob summa officia, in bello aduersus Hungarorum Regem, Petrum, praestita, hac dignitate donatus,

(1.) REINERVS REINECCIVS *in Appendice de Familia et Rebus gestis Palatinorum Saxoniae e Chronico Gosecensi*, addito *Annalibus* VVITICHINDI CORBEIENSIS, *editis ab eodem an. 1577. Francof. pag. 36.* ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XV. p. 192.* et in *Progymnasmat. nouae Saxonum Histor. p. 104.* FABRICIVS *in Annal. Vrbis Misnens. ad an. 1178. L. I. p. 32. seqq.* a quo Comites Gotesecii, siue de Goisig appellantur. Nomen hoc sunt adepti a loco siue arce Gozeca, quae inter Naumburgum et VVeissenfelsam ad Salam est sita. GIOVANI *in Germ. Princ. c. l. p. 167.* Comitum Gosecensium Historiam eleganter exponunt *Annales Gosecenses*, a MADERO *ann. 1665. Helmstadi editae*, et MEIBOMIVS *in Chron. Marienthal. Tom. III. R. G. pag. 246.*

(2.) *Annales Gosecens. ad ann. 1050. p. 212.* REINECCIVS *d. l. p. 40.*

(3.) vid. *Appendix Chronici Montis Sereni p. 202. ex editione Maderi*, quem sequitur FABRICIVS *in Saxonia Illustrata L. I. p. 82.* dissentiunt *Annales Gosecens. p. 207.* et hanc Agnetem fuisse filiam Procerum de VVimare, aiunt. add. REINECCIVS *d. l. p. 39.* et MEIBOMIVS *d. l. Tom. III. p. 246.*

(4.) FABRI-

natus, (4.) quod factum fuit anno 1040. (5.) Hoc vero anno 1050. a clerico occiſo, (6.) nullamque prolem legitimam relinquente; (7.) obtinuit poſt eum hanc dignitatem Fridericus II. frater germanus, qui, anno 1088. (8.) e vita diſcedens (cum anno 1075. (9.) Fridericus III. filius iam a Ludouico, Thuringiae Landgrauio, (10.) vel ut alii volunt, a duobus Ludouici miniſtris (11.) inſtinctu Adelheidae, coniugis, cui deinde nupſit, eſſet occiſus) hanc dignitatem in nepotem ex filio, Fridericum IV. transferre cogitabat, non dubitans, fore, ut Imperator conſentiret. Sed Fridericus, Comes Sommerſenburgicus, Friderici IV. conſanguineus (ab Vda, Friderici II. Comitis Goſezenſis, ſorore, et Alberti, Sommerſenburgici Comitis, vxore editus) Henricum IV. Imperatorem ſibi concilians, hanc dignitatem ei, adhuc impuberi, et ſub vitrici, Ludouici, tutela vitam agenti praeripiebat, (12.) ſuamque ad familiam

(4.) FABRICIVS *d. l.* REINECCIVS *d. l. pag. 39. 40.*

(5.) Iuxta *Annales Goſecenſ. p. 212.* diſſentiunt FABRICIVS et ALBINVS *cc. ll.* et an. 1042. hoc contigiſſe volunt.

(6.) *Chron. Goſecenſ. p. 212.* add. FAVSTVS *im Stamm-Buche des Hauſes Sachſen p. 79.* quae cauſam caedi dederint enarrans. Diſſentit LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *de Rebus German. ad an. 1056. p. 163. ap.* PISTORIVM *Tom. I. Rerum Germanic.* et *Monachus Herveldenſis ap.* SCHARDIVM *Tom. I. R. G. p. 379.* et cit. an. hanc caedem fuiſſe commiſſam affirmant, quibus aſſentiuntur FABRICIVS *d. l. p. 84.* et REINECCIVS *d. l. pag. 40.*

(7.) SAGITTARIVS *in Antiquitat. Allſtetenſ. §. 25.*

(8.) *Annal. Goſec. ad d. an. p. 220.* perperam enim diſſentit PAVLLINI *in Antiquitat. Iſenac. p. 25.* et in annum 1068. tempus mortis incidere dicit.

(9.) *Annal. Goſec. ad d. an. p. 216.* REINECCIVS *d. l. p. 42.* quos ſequitur SAGITTARIVS *d. l. §. 26.* non etiam PAVLLINI qui an. 1064. *d. l.* ſubſtituit, nec FAVSTVS *im Stamm-Buche, etc.* ad ann. 1065. hoc referens.

(10.) Cognomento Salio; *der Springer*, vid. *Hiſt. de Landgrau. Thuring. c. XIII. p. 914. ap.* PISTORIVM *Tom. I. R. G.* add. FAVSTVS *c. l. p. 97.* Comitem etiam Brenenſem eum fuiſſe nobis ſimul confirmans.

[11.] quod volunt *Annal. Goſec. p. 216. ad ann. 1075.* add. REINECCIVS *d. l. p. 41.*

[12.] *Ann. l. Goſec. p. 219.* add. FABRICIVS *d. l. p. 87. ſeqq.* qui omnino hic conferri meretur. REINECCIVS *l. d. pag. 43.* et MEIBOMIVS *in Chron. Marienthal. pag. 247. Tom. III.*

[13.] vel,

miliam transferebat. (13.) Plane itaque nescimus quid in mentem venerit FABRICIO, scriptori alias in rebus Saxonicis probato, vt, accepisse a Goteseciis hanc dignitatem Ludouicum III. Landgrauium Thuringiae Misniaeque Marchionem, scribat, (14.) quem alii, harum rerum ignari, sequuntur. Pari in errore versantur ii, (15.) qui Winzenburgios Comites, Wigbertum et Hermannum, Saxoniae appellant Palatinos. Nam Misniae quidem Marchionatum illi ab Henrico V. Imperatore impetrarunt, non etiam Palatinatum Saxoniae, quippe quem Sommersenburgici obtinebant. (16.)

## §. XI.

Fridericus I. Comes Sommersenburgicus, (1.) Henrici IV. Imperatoris beneficio Palatinam Saxoniae dignitatem nactus, non grata memoria hoc beneficium persequebatur. Fortunam enim Imperatoris in Germania inclinatam videns, cum aliis Principibus contra

(13.) vel, vti alii volunt, redibat: hanc enim dignitatem iam antea Sommersenburgicos habuisse, et ab his demum ad Gosecenses venisse, PAVLLINI *in Antiqq. Isenac. §. 33.* et SAGITTARIVS *in Antiqq. Alstet. §. 23.* coniecturam faciunt.

(14.) in *Annal. Vrbis Misn. ad ann. 1178 L. I. p. 32. seqq.*

(15.) quorum in numero sunt REINECCIVS *d. l. p. 43.* et SPANGENBERGIVS *in Chronico Querfurtensi L. II. c. 29. p. 189. seqq.* vbi et Conradi, Comitis Supplinburgici, et Lotharii II. Imperatoris fratris mentionem facit, illique perperam Comitis Palatini Saxoniae titulum tribuit. add. *eiusd. L. II. c. 61. p. 230. ib.*

(16.) ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XV. p. 192. seqq* MADERVS *in Praefat. Chron. Montis Sereni praefixa p. 16. 17. seqq.* MONACHVS PEGAVIENSIS *ad ann. 1123.*

(1.) Comites Sommersenburgicos a castello Sommersenburg ita appellatos fuisse, vult GIOVANI *d. l. pag. 167.* et BVNTINGIVS *in Chron. Brunsuic. P. IV. p. 603.* quod castellum a Magdeburgo 4. milliaribus distat, FABRICIVS *d. l. pag 89.* et ex pacto, inter Henricum Leonem et VVichmannum, antistitem Magdeburgensem, inito (*de quo §. seqq.*) apud Archiepiscopos Magdeburgenses permansit. PAVLLINI *in Antiq. Isenac. p. 26.* Ceterum de familia eorum pluribus egit HENRICVS MEIBOMIVS *in Chron. Marienthal. Tom. III. Rer. Germ. pag. 253. seqq.* quod monasterium Fridericum II. Sommersenburgicum auctorem agnoscit. vid. BVNTINGIVS *d. l. P. I. pag. 135.* et MEIBOMIVS *d. l.*

(2.) conf.

contra eum conspirabat, (2.) quam tamen iniuriam Henricus ob turbarum et bellorum multitudinem, quibus implicabatur, haud poterat vindicare. Noster, impune se hoc tulisse intelligens, idem contra Henricum V. idonea oblata occasione moliebatur, sed vna cum sociis victus Palatinatu ab Henrico an. 1115. priuabatur. (3.) Tandem animam egit an. 1120. (4.) paulo ante mortem Henrico V. reconciliatus, (5.) relinquens ex Mathilde (6.) filium, Fridericum II, in quem hanc dignitatem viuo adhuc parente contulerat iam Henricus V. (7.) Retinuit etiam hanc ad finem vsque vitae suae Fridericus, qui fuit an. 1162. (8.) Successit patri in hac dignitate filius, Albertus II. ex Luitgardi, filia Rudolphi I. Marchionis Brandenburgici et Stadensis Comitis, natus, (9.) qui bello atroci Henricum Leonem, consanguineum, vna cum aliis Principibus tentans, (10.) tandem sine heredibus decedit an. 1178. (11.) Ceterum non possumus satis mirari, confuse hic nimis omnia narrare FABRICIVM, (12.) quae de Friderico II. et Alberto II. habet,

G maxi-

(2.) conf. FABRICIVS *d. l. p. 87. pluribus.*

(3.) *Libellus de fundatione coenobii Bigangiensis ad an. 1115. p. 252. edit. Maderianae.*

(4.) *Libellus cit. p. 255. add.* MEIBOMIVS *in Chron. Marienthal. p. 247.*

(5.) CONRADVS VRSPERGENSIS *ad dict. an. 1120. p. 277. edit. Basileens. de An. 1537. fol.*

(6.) MEIBOMIVS *d. l. p. 248. init.* Miramur itaque FABRICIVM, *p. 88. d. l.* asserentem, nomen vxoris Friderici I. plane ignorari.

(7.) SAGITTARIVS *d. l. §. 30.*

(8.) MEIBOMIVS *d. l. p. 250.* add. *Chron. Steterburg. ad d. an. ap. eund. Tom. I. p. 454.* De Epitaphio eius, in coenobio Marienthalensi condito, vid. *Topographia Ducatuum Brunsvv. et Lüneburg. p. 153.*

(9.) MEIBOMIVS *ib.* Quam tamen ob consanguinitatis vinculum post aliquod tempus dimisisse iterum Fridericum, vult ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1144. p. 273. apud* SCHILTERVM *in Collect. Script. R. G.*

(10.) SPANGENBERGIVS *in Chron. Sax. ad an. 1164.*

(11.) Teste ALBINO *d. l. p. 192.* dissentientibus licet aliis in hoc anno fatali, quos enarrat PAVLLINI *in Antiquitat. Isenac. p. 26.* et MEIBOMIVS *d. l. p. 252.* Genealogiam veterum Palatinorum Saxoniae ex Comitibus Gosecensibus et Sommersenburgicis exhibent HENNINGESIVS *in Theatro Genealogico P. II. p. 24.* MEIBOMIVS *d. l.* MADERVS (qui eam *Chronico Montis Sereni p. 47.* praefixit) aliique.

(12.) *d. l. p. 88. 89.*

(1.) *Chro-*

maxime quod ad vxores attinet eorum. Mentionem etiam facit Friderici III. de quo tamen omnes silent scriptores.

## §. XII.

Vix in viuis esse desierat Albertus II. cum Henricus Leo Comitatum Sommersenburgensem, iure propinquitatis hunc ad se pertinere affirmans, occuparet, Fridericum vero I. Imperatorem eo persuasionibus adduceret, vt ipsi concederet Saxoniae Palatinatum. Wichmannus, Antistes Magdeburgensis, qui Comitatum Sommersenburgensem ab Adelheide, Alberti II. sorore, et Abbatissa Quedlinburgensi, data ei certa pecuniae summa sibi comparauerat, litem de eo mouebat Henrico Leoni, sed cum nihil impetrare valeret, ad arma descendere cogebatur. (1.) Tandem tamen inter se conueniebant, totaque res eo redibat, vt Henricus Comitatum Ecclesiae Magdeburgensi traderet, Palatinatum vero Saxoniae retineret. (2.) Duos itaque Palatinatus, Rhenensem et Saxonicum, habuisse Henricum videmus, (3.) quorum hunc primus a Friderico I. Imperatore lege beneficiaria accepisse memoretur. (4.) Titulo autem Comitis Palatini Saxoniae Henricum fuisse vsum merito dubitamus, maxime cum diplomatum hac in re

(1.) *Chronicon. Magdeburg. ap.* MEIBOMIVM *Tom. II. R. G. p. 329. et 347.* MEIBOMIVS *in Chron. Marienthal. Tom. III. p. 252. seq.* qui omnino hic conferri meretur, et in Oratione *de Origine Halberstadii ib. p. 229.* add. CRANTZIVS *in Saxonia l. VI. c. 27. p. 419. seq.* et alii.

(2.) FABRICIVS *l. I. p. 89.* Labuntur itaque OCKELIVS *in Tr. de Palatiis Regum §. 86.* et ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XV. p. 192.* It. *im Stamm-Buche des Hauses Sachsen p. 217.* quorum ille Palatinatum Saxoniae vna cum arce Sommersenburg, cui quippe inhaesisset, ad Archiepiscopum Magdeburgensem peruenisse contendit, hic vero, post Sommersenburgicos hanc dignitatem non Henricum Leonem, sed Thuringos statim obtinuisse perperam sibi persuadet.

(3.) BVNTINGIVS *in Chron. Brunsuicens. P. I p. 155.* MEIBOMIVS *d. l.* SCHVRTZFLEISCHIVS *de Vitriciis Ecclesiae p. 21. §. 10.*

(4.) SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l. p. 24.*

(5.) Ex-

re teſtimonio deſtituamur. (5.) Proſcripto vero Henrico, et praeter Baioariae Saxoniaeque Ducatus vtroque etiam Palatinatu ab Imperatore priuato; Palatinatus Saxoniae ad Thuringiae Landgrauios, (6.) Ducatus vero, diuulſus tamen admodum, ad Bernhardum, Aſcanium, deferebatur. (7.)

## §. XIII.

Ingens eſt diſſenſus qui inter ſcriptores de translato in Thuringos Palatinatu intercedit, dum alii (1.) Ludouico, (2.) alii Hermanno,



(5.) *Excellentiſſ. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diſſ. XX. §. 16.* Diſſentit quidem SAGITTARIVS *in Antiquitat. Alſtet. §. 23.* ſed Diplomata, ex quibus hoc probari neceſſe eſſet, non adducit.

(6.) FABRICIVS *d. l. p* 89. add. SCHVRTZFLEISCHIVS *dd. ll.* It. *in Epiſt.* 233. *Tom. I.* vbi rationem huius ad Thuringos translationis factae allegat, et REINECCIVS *l. d. p.* 43. annum nominans 1181. quo factum hoc fuiſſet.

(7.) ALBERTVS STADENSIS *ad A.* 1180. *p.* 294. *ap.* SCHILTERVM *in Collectione Scriptor. R. G. Auctor Hiſtoriae de Landgr. Thuring. c.* 25. *p.* 919. *ap.* PISTORIVM *T. I. R. Germ.* ARNOLDVS LVBECENSIS *l. II. c.* 24. *n.* 8. *p.* 270. *in Chron. Slauorum.* CRANTZIVS *d. l. l. VI. c.* 38. *p.* 441. *c.* 41. *p.* 445. *et c.* 45. *p.* 453. *l. VIII. c.* 28. *p.* 601. *l. IX. c.* 19. *p.* 661. SPALATINVS *in Chron. Sax. ap.* HORTLEDERVM *de Cauſis Belli Germ. Tom. I. l. IV. c.* 23. *n.* 27. *et* 28. *pag* 1492. 93.

(1.) *Auctor* nempe *Chronici Montis Sereni*, aetate Friderici II. Imperatoris, vti videtur, vitam agens, *p.* 45. *ad an.* 1180. vbi: *Ludouicus quoque Landgrauius Thuringiae Comes Palatinus effectus eſt. Libellus de fundatione coenobii Bigaugienſis* (eodem tempore, quo *Chron. M. Ser.* conſcriptus) *p.* 264. *edit. Mader. ad an.* 1180. dum ait: *Ludouicus Comes Prouincialis* (inſerendam hic eſſe vocem, *Palatinus*, vult MADERVS *in Praef. Chron. M. Ser. praefixa p.* 17.) *efficitur loco Adelberti de Sommerskborg, qui ſine herede obiit.* Sequuntur duos hoſce ſcriptores ALBINVS *in Chron. Mun. Tit. XV. p.* 192. *ſeqq.* FABRICIVS *in Sax. illuſtrata l. I. p.* 89. *et in Annal. Vrbis Muniae ad an.* 1178. *l. I. p.* 32. *ſeq.* SAGITTARIVS *in Antiquit. Alſtet. §.* 34. qui diuerſas quidem diuerſorum hac in re opiniones conciliare, ſed fruſtra, eſt annisus. GIOVANI *in Germ. Princ. in Hiſt. de Saxonia p.* 167. HÖNN. *de Inſignibus Domus Sax. p.* 37.

(2.) Hunc SCHVRTZFLEISCHIVS *in notis ad Vitam Alberti III. p.* 110. *et* 111. Ludouicum V. idque recte, quem et ſequitur GIOVANI *d. l.* FABRICIVS vero, perperam tamen, *in originibus Saxon. l. I. p.* 89. IV. appellat. Nec verum eſt eum cognominatum fuiſſe Ferreum, confundit enim FABRICIVS patrem Ludouicum IV. cum noſtro,

manno, *(1.)* Landgrauiis Thuringiae concessum fuisse hunc a Friderico Aenobarbo aiunt. Nos merito eorum amplectimur sententiam, qui, Hermannum primum e Landgrauiis Thuringiae hac dignitate ornatum extitisse, contendunt, tum quod probandae sententiae suae causa adducunt ARNOLDVM LVBECENSEM, scriptorem ceteris omnibus, in contrariam sententiam euntibus, antiquiorem, illisque temporibus propiorem, tum etiam quod, nunquam Ludo-

nostro, qui potius Pii cognomen est consecutus. *Idem* FABRICIVS *in Annal. Vrbis Misniae ad an.* 1178. *l. I. p.* 32. errore ductus Ludouicum hunc, Misniae Marchionem, appellat, quem excusare quidem conatur ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XV. p.* 192. *et* 193. sed infelici successu, et maiorem adhuc FABRICIO committit errorem, Ludouicum hunc III. nominans. Quem sequitur HÖNN. *d. l. p.* 37.

(3.) ARNOLDVS LVBECENSIS *in Chron. Slauor. l. II. c.* 30. *n.* 1. *p.* 288. *et c.* 36. *n.* 3. *p.* 297. vbi accurate admodum inter Ludouicum Comitem Prouincialem Thuringiae, et Hermannum Comitem Palatinum distinguit. Vixit autem ARNOLDVS sub Ottone IV. iisdemque temporibus hoc opus confecit. *Monachus Reinhardsbornensis, in Historia veterum Thuringiae Landgrauiorum p.* 959. *ap* PISTORIVM *T. I. R. G.* ita scribens: *Imperatoris curia circa festum Sancti Martini Erffordiae habetur, vbi Comes Hermannus, frater Ludouici Landgrauii, Comes Palatinus, Saxoniae efficitur.* THEODORVS ENGELHVSIVS (Canonicus Hildesiensis primo, tum Presbyter monasterii in VVittenborg, ibique mortuus an. 1434. iuxta SCHVRTZFLEISCHIVM *de Vitricis Ecclesiae p.* 22. *et* MADERVM *in Praef. Antiquitatibus Brunsvicens.* praemissa) *in Chronico p.* 71. *edit. Maderianae*, qui hac de re ita loquitur: *Supradictus Imperator (Fridericus I.) Hermanno, Landgrauio Thuringiae, contulit Comitatum Palatini Saxon. in ciuitate Erffurt. Anonymus Erphesfordensis in Hist. de Landgrauiis Thuringiae c.* 22. 25. *et* 29. *p.* 918. 919. *et* 20. *ap.* PISTORIVM *T. I. R. Germ.* BVNTINGIVS *in Chron. Brunsuic. P. I. p.* 157. *in f.* SPANGENBERGIVS *in Chron. Mansfeld. P. I c.* 228. *et* 231. REINERVS REINECCIVS *l. d. p.* 43. BANGERTVS ad *l. II.* ARNOLDI *c.* 30. *p.* 289. MATTHAEVS DRESSERVS *in Isagoge Hist. Millenar VI. P. II. p.* 575. SCHILTERVS *in Comment. ad I. F. Alem. c. XLII. p.* 251. *§.* 16. PAVLLINI *in Antiquitat. Isenac. p.* 27. TENTZELIVS *Supplement.* 2. *ad Histor. Goth. p.* 506. *seqq.* tum locum ex Chronico MSto. Erffordiensi ad an. 1182. tum rhythmos antiquos, qui idem confirmant, adducens. SCHRTZFLEISCHIVS *in Diss. de Vitricis Ecclesiae, p* 22. *seq.* qui itidem, Hermanno anno demum 1182. Palatinatum Saxoniae obtigisse, ait, ENGELHVSIVM *d. l. p.* 71. aliosque secutus, licet Scriptorum plurimi, Palatinatum Saxoniae ad Thuringos eodem anno translatum esse, affirment, quo Ducatum Sax. in Comitiis Herbipolitanis obtinuit Bernhardus

Ludouicum Palatini Saxon. titulo vſum fuiſſe, videmus, cum tamen ab Hermanno adhibitus, omnibusque eius ſucceſſoribus et poſteris vno tenore perpetuaque temporum ſerie ſit retentus. (4.) Hermanno autem anno 1215. diem ſupremum obeunte, duosque filios (quos ex Sophia, filia Friderici V. Comitis Goſecenſis vnica (5.) ſuſceperat) Ludouicum nempe VI. Placidum ſiue Sanctum, et Henricum VII. cognomine Raſponem relinquente; Saxoniae Palatinatus ad Ludouicum perueniebat. Qui an. 1227. (6.) ſine liberis decedens, dignitatem hanc frater Henricus adipiſcebatur. (7.) Nec hic tamen meliorem Friderico, fratre, fortunam experiebatur, nullam enim prolem, quae has terras dignitatesque, quas posſidebat, poſt mortem impetraret, relinquebat. Hinc factum eſt, vt, cum ex vulnere lethali, ante Vlmam Sueuorum accepto, an. 1247. (8.) moreretur (cum an. 1246. in Regem Romanorum (9.) eſſet electus) Palatinatus Saxoniae cum hodierna Thuringia ad Misniae Marchiones perueniret. (10.)

 §. XIV.

dus Aſcanius. add. *notae eius ad Vitam Alberti III. p.* 111. *et Diſſ. de antiqua Saxonum dignitate p.* 15.

(4.) SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxonum dignitate. d. l.*

(5.) *Vid. Anonymus cit. in Hiſt. de Landgrau. Thuring. c. XXX. pag.* 920 *ap.* PISTORIVM. *et Monachus Reinhardsbornenſis p.* 959. *ib.*

(6.) SPANGENBERGIVS *in Chron. Saxon. c.* 253. *p.* 435.

(7.) Non itaque, vti falſo ſibi perſuadet HÖNN. *d. l. p.* 38, ad Hermannum, filium, peruenit, alios adhuc, dum in Hiſtoria eorum exponenda occupatur, errores committens. Fuiſſe enim Henricum Landgrauium Thuringiae et Saxoniae Palatinum Comitem tum ex *Diplomate*, conſtitutionem Ducatus Brunſuicenſis continente, apparet, in quo noſter teſtium in numero habetur. vid. MEIBOMIVS *in Diſſ. de erectione Ducatus Brunsuicenſis p.* 224. *Tom. III. R. G.* tum ex *literis eius de an.* 1231. quibus coenobio Reinhardsbornenſi varias poſſesſiones donauit. Exhibet has PAVLLINI *d. l. p.* 45. §. 53.

(8.) FABRICIVS *d. l. p.* 89 *et* 90.

(9.) Inſtinctu Innocentii IV. Pontificis. vid. SCHILTERVS *de Libertat. Eccleſ. German. l. V. c.* 10. §. 3. *p.* 727. ſecutus *Magnum Chron. Belgicum.*

(10.) FABRICIVS *d. l.* SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxonum dignit. p.* 15. Licet enim adhuc ſupereſſet frater, Conradus, ad hunc tamen haec omnia tranſire haud poterant, quia iam dignitate Magiſtri Ordinis Teutonici in Boruſſia fruebatur.

(1.) Quod

## §. XIV.

Extinctis itaque in Henrico VII. Raſpone Thuringis, magnae de ſucceſſione contentiones inter Henricum Illuſtrem, Miſniae Marchionem, et Henricum Manſuetum, Brabantinum Ducem, intercedebant (cuius tamen loco, infantiae enim annos nondum erat egreſſus, bellum (1.) gerebat Sophia, mater) dum vterque, conſanguinitatis iure has ad ſe terras pertinere, contendebant. Ille a matre, Iuditha, Ludouici VI. et Henrici Raſponis ſorore, hic a Sophia, matre, et Ludouici filia, ius ſibi in eas competens deducebat. Quamuis autem fateri neceſſe habeamus, ratione propinquitatis maius ius (2.) Brabantino fuiſſe quaeſitum: conſtat tamen et inter omnes, acceſſiſſe ex parte Miſnenſis inueſtituram abuſiuam, (3.) tum de Palatinatu Saxoniae, tum de Thuringiae Landgrauiatu, viuo adhuc Raſpone atque conſentiente, a Fride-

(1.) Quod exponit ALBINVS *in Chron. Miſn. Tit. XV. p. 191. ſeqq.* FABRICIVS *in Saxon. Illuſtr. L. I. p. 90. et L. VI. p. 578. ſeq.* et in primis TENTZELIVS *in Supplemento 2. ad Hiſtor. Gothan. p. 589. ſeq.* add. GIOVANI *in Germ. Princ. in Hiſt. de Saxonia p.* 33. 34. Henrico Noſtro a morte Raſponis ſtatim omnes adhaerebant Thuringi, eumque Dominum deſiderabant, quod literae inprimis, quas Reuerſales appellamus, a Comitibus Thuringiae Henrico an. 1248. datae, teſtantur ap. DN. WECKIVM *in Chron. Dresdenſ. p. 155.* TENTZELIVM *d. l. p. 590.* et LVNIGIVM *in des Teutſchen Reichs-Archivs, Part. Spec. Continuat. II. p. 177. ſeq.*

(2.) Vtrorumque iura exponit GIOVANI *d. l. p. 33. 34.*

(3.) Non itaque poſſumus aſſentiri SCHILTERO *in Comment. ad I. F. Alem. pag. 251.* SCHVBARTO *in Tr. de Comitibus Palatinis, etc. pag. 189.* et GIOVANI *d. l. p. 34.* expectatiuam Noſtro ſolum datam fuiſſe aſſerentibus. Confundunt enim cum hac inueſtitura abuſiua expectatiuam, quam in Landgrauiatum Thuringiae Henrico Noſtro, adhuc infanti, anno 1227. idem Imperator, Ludouico VI. Landgrauio eodem anno mortuo, dederat, cujus mentionem faciunt ALBINVS *in Chron. Miſn. Tit. XV. p. 191.* et *Monachus Pirnenſis.* Ad hoc vero pactum ſucceſſorium Fridericum II. Imperatorem poſtea reſpexiſſe, cum ann. 1242. Beneuenti tum de Landgrauiatu Thuringiae, tum Palatinatu Saxoniae Henricum inueſtiret, HORTLEDERVS *de C. B. G.* coniecturam facit. Interim tamen, titulo tum Landgrauii Thuringiae, tum Palatini Saxoniae vivo Raſpone abſtinuiſſe Noſtrum, Diplomata teſtantur.

(4.) Ex-

Friderico II. Imperatore Beneuenti anno 1242. ipsi factam. (4.) Hanc vero a Friderico, volente inprimis Thuringo, optimo fieri potuisse iure, nullo dubitamus modo. Sed bellum Sophia, Brabantina, iniuriam hac inuestitura sibi suisque illatam putans, contra Henricum Nostrum filii nomine parabat, auxiliumque ab Henrico Brunsuicensi, tantas fortunas Henrico inuidente, impetrabat. Quod pestiferum sane maximeque calamitosum bellum per quindecim annos in Thuringia cum esset gestum, eoque tota haec prouincia fere euersa, ad miseriamque summam fuisset redacta; omnis res tandem anno 1263. ita componebatur, vt Thuringiam orientalem, siue hodiernam, cum Saxoniae Palatinatu Henricus Illustris, Misniae Marchio, Occidentalem vero, siue Hassiam, Brabantinus obtineret. (5.) Tantum tamen abest, vt hac demum inita pactione dignitas haec Palatina in Nostrum sit collata, vt potius iam tempore mortis Rasponis eam habuisse, nunc vero demum in hac solum confirmatum fuisse illum affirmemus. (6.) Non enim eiusmodi accessio erat Thuringiae, vt non abesse, aliisque ab Imperatore pro arbitratu concedi potuisset. Quae cum ita sint, nec de translatione Palatinatus Saxoniae ad Misnenses facta tot scriptorum fides nos amplius dubitare sinat; in eo solum adhuc operam nobis esse collocandam videmus, vt, Saxoniae vtrum hic Pala-

(4.) Exhibet literas has integras DN. WECKIVS *in Descript. Dresdensi. p.* 153. 54. TENTZELIVS *d. l. p.* 586. et LVNIG. *in des Teutschen Reichs-Archivs Part. Spec. Continuat. II. pag.* 177. Verba harum, huc quae spectant, videre licet ap. *Excellentiss.* DN. PRAESIDEM *in Syntagm. I. P. Diss. XX. §. 16.* SCHVRTZFLEISCHIVM *in not. ad Vitam Alberti III. p. 111.* SAGITTARIVM *in Antiquit. Alstet.* et alios, vt ea de causa adhuc semel haec adducere inutile nobis videatur.

(5.) REINERVS REINECCIVS *d. l. p.* 43. FABRICIVS *in Saxon. Illustrat. L. VI. pag.* 584. ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XV.* CHYTRAEVS *in Saxonia L. VI. p.* 168. BÜNTINGIVS *in Chron. Brunsuic. p.* 222. 223. add. SCHVRTZFLEISCHIVS *de Vitricis Ecclesiae p.* 23. GIOVANI *in German. Princ. d. l. p.* 31.

(6.) SIFRIDVS PRESBYTER MISNENSIS *ad an.* 1247. *pag.* 696. ap. PISTORIVM *Tom. I. R. G.* vbi: *In isto Henrico defecerunt isti nobiles Principes Thuringiae, qui de prosapia Caroli M. Imperatoris originem traxerunt. Tunc Marchio Misnensis Henricus Thuringiam*

Palatinatus fuerit an Thuringiae, (7.) qui Misnensibus obuenit, ostendamus, maxime cum notum sit omnibus, duplicem a nonnullis Palatinatum, Saxonicum nempe et Thuringicum fingi. Nos sane, non sine rationibus adducti summis, eorum in sententiam discedimus, qui non Thuringicum, sed Saxonicum hunc fuisse affirmant, eamque vt confirmemus his vtimur argumentis. Primum constat ex iis, quae anterius fuerunt dicta, Palatinatum Saxoniae a Sommersenburgicis Comitibus ad Henricum Leonem esse translatum: constat etiam eundem, non alium, proscripto Henrico Leone, a Friderico Imperatore accepisse Thuringos. (8.) Cum autem certum sit, Palatinam dignitatem Misnenses a Thuringis obtinuisse; necesse etiam erit, vt, non Thuringicam, quippe quam non habebant Thuringi, sed Saxonicam nostris concessam fuisse dicamus. Dein testatur hoc ipsum concessionis beneficiariae Diploma, Henrico Illustri a Friderico II. Imperatore anno 1242. Beneuenti datum, in quo non Thuringici, sed Saxonici mentio fit Palatinatus. Porro confirmant nostram sententiam ipsae Misnensium literae, in quibus, eos Saxoniae semper Palatinos se nomi-

*ringiam et Saxoniae Palatinatum vsurpat. Quamobrem graue bellum inter ipsum et Ducissam Brabantiae postea est exprtum.* add. BERTIVS *d. l. L. II. pag. 306.* SPENERVS *in Sylloge Genealogico-Politico-Historica pag. 317.* Hinc factum est etiam vt, mortuo Henrico Raspone, titulo Palatini Saxoniae statim Noster vteretur, quod Diplomata passim testantur.

(7.) Quam in sententiam inclinant ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XVI. pag. 193.* SPALATINVS *in Histor. Saxon. ap.* HORTLEDERVM *de* C. B. G. T. I. *L. IV. c. 23.* et nonnulli recentiorum. Sed probandum ipsis est antea, extitisse vnquam Thuringiae Palatinatum, a Saxonico tamen distinctum, quod eos nunquam esse effecturos speramus.

(8.) ENGELHVSIVS *in Chron. p. 71. edit. Mader.* SCHILTERVS *in Comment. ad Cap. XLII. I. F. Alem. p.* 251. §. 16. ceterique scriptores, praeced. §. hoc de argumento iam allegati. Testantur hoc etiam ipsa Thuringorum Diplomata, in quibus non Thuringiae, sed Saxoniae Palatinos se scribunt. vid. Literae Hermanni *ap.* TENTZELIVM *in Supplem. 2. ad Hist. Gothan. pag.* 531. 533. Ludouici VI. siue Sancti *ap. eund. pag.* 53. 550. 551. 553. et Henrici Rasponis *ibid. pag.* 559. 561. Duplicem itaque errorem admittit ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XVI. pag. 192. seq.* et *im Stamm-Buche,*

nominare, videmus. (9.) Tum quoque omnes scriptores eorum et posteriorum temporum de Thuringiae Palatinatu, ad Nostros delato, tacent, nec quidquam de origine eius antiquiores nobis enarrant, (10.) cum tamen insignem hanc mutationem, et imperialis

H

*Buche*, *pag. 116.* [1.] ad Thuringiae Landgrauios Palatinatum Thuringiae fuisse translatum: (quod HÖNN *d. l. pag. 37. 38.* sibi persuadet) [2] factum hoc esse extinctis Sommersenburgicis, contendens, cum tamen, ab Henrico Leone demum illos hunc accepisse, constet. *Vid.* SCHVRTZFLEISCHIVS *Epist. 233. Tom. I.* GIOVANS *in Germ. Princ. d. l. pag. 167.* Nec scimus quid visum sit LEVINO VON AMBEER *d. l. p. 50.* vt, Henrico Leone Palatinatu Saxoniae cum aliis terris et dignitatibus priuato, illum fuisse diuisum, et partem Bernhardo Ascanio, partem Thuringis obuenisse, scribat. Allegat quidem suae sententiae probandae causa ARNOLDVM LVBECENSEM *in Chron. Slau. L. II. c. 30. pag. 288.* et FABRICIVM *in Orig. Sax. L. VI. pag. 584.* Sed euoluentes hos, nullam ibi hac de re fieri mentionem, videmus.

(9.) vid. Diploma Henrici Illustris, in quo ciuitati Dresdensi priuilegium, quo vti contra debitores possit, conceditur, datum an. 1266 Kal. Aprilis. *ap.* Dn. VVECKIVM *d. l. p. 469.* et eiusdem de an. 1253. ap. LEVCKFELDVM *c. XI. Antiquitatum VValckenriedensium* § *9. lit. m. p. 151.* Diploma Alberti Degeneris, monasterium Sti. Crucis Gothanum concernens, de an. 1292. *ap.* TENTZELIVM *d. l. p. 70.* et eiusd. de an. 1272. ap. LEVCKFELDVM *l. d. c. 19. §. 19. lit. b. p. 1272.* et de an. 1291. *ap.* PEIFFERVM *in Rebus Lipsiensibus l. 2. §. 4. p. 130.* et de an. 1292. *ibid. p. 134. §. 5.* et de an. 1294. ap. PAVLLINVM *l. d. §. 73. p. 65.* it. literae Friderici, Balthasaris, VVilhelmi, Misniae Marchionum, de an. 1404. ap. Dn. VVECKIVM *d. l. p. 240.* Alias tabulas VVilhelmi de an. 1394. monasterio Dobrilug datas, exhibet MStum, quod seruat Bibliotheca Ienensis, et in quo plura Diplomata, ad hoc monasterium pertinentia, continentur. De VVilhelmo I. Coclite de an. 1403. literas habet *cit.* TENTZELIVS *l. d. p. 473.* idem probantes. Eundem titulum continent tabulae Friderici Bellicosi, quae de Institutione Academiae Lipsiensis agunt, dataeque sunt an. 1409. in Lipzk, et reperiuntur *ap.* SCHNEIDERVM *in Chronica Lipsiensi p. 275.* et Diploma eiusdem de an. 1408. quod adducit TENTZELIVS *d. l. p. 261.* Patet hoc etiam ex ectypo Sigilli Friderici Admorsi, quem possidet *Excellentiss. Dn.* PRAESES et in quo aquila Palatinatus Saxonici cum tali inscriptione conspicitur: FRIDERICVS D. G. THVRINGIAE LANDGRAVIVS ET SAXONIAE COMES PALATINVS. Ipse etiam ALBINVS *d. l. p. 217.* a nobis licet dissentiens, fateri tamen necessum habet, titulum Palatini Thuringiae, a Misnensibus adhibitum, nunquam se inuenisse.

(10.) Imo etiam SPECVLATOR SVEVICVS, iis temporibus vicinus, in commemorandis

Comi-

rialis officii augmentum, ſi contigiſſet, ſine vllo dubio adducturi fuiſſent. Qui e recentioribus vero falſam hanc opinionem tradunt, et quo defendant allaborant, coniecturis indulgent, nec auctoritate ſcriptorum, Diplomatumque fide ſuſtinentur. Denique neminem fugit, Palatinatum Miſnenſibus, mortuo Henrico Illuſtri, fuiſſe ademtum, et ad Aſcanios, vti breui oſtendemus, delatum, non autem hunc Thuringicum, ſed Saxonicum fuiſſe, ex Diplomate inueſtiturarum annaliumque eius aetatis conditoribus docemur. (11.) Tandem ipſa Palatinatus Thuringici ſedes, qua tempore adminiſtrandae iuſtitiae fuerunt vſi, ignoratur, qui enim Alſteti illam extitiſſe putant, falluntur, nec ſciunt, ciuitatem hanc ad Saxoniae Palatinatum pertinuiſſe, et Aſcanios, eorumque hac in dignitate ſucceſſores, Miſnenſes, (12.) eadem ſemper fuiſſe inueſtitos. Poſtremo ſi, vti tamen ſibi nonnulli perſuadent, veritati conueniret, Thuringicum Miſnenſes, Saxonicum vero Aſcanios obtinuiſſe, cur non et Sereniſſimi Saxoniae Electores, poſteaquam per Fridericum Bellicoſum Saxonicum ſibi acquiſiuere, duplici hac dignitate ſe inueſtiri olim curarunt, hodieque vtramque lege beneficiaria ſibi concedi allaborant? Vt alia, quae adferri

Comitibus Palatinis Germaniae dum *Lib. I. art.* 19. occupatur, ſilentio Thuringiae Palatinatum omittit, ex quo ſane apparet, hunc SPECVLATORI omnino fuiſſe ignotum. Nec minus SPECVLATOR SAXONICVS *L. III. art.* 53. *§.* 1. *et Auctor des VVeichbildes art.* 7. *§.* 5. de hoc plane ſilent. MÜNSTERVS quidem in *Cosmographiae L. II. c.* 14. Iohannis Thuringiae Palatini, mentionem facit, qui circa an. 935. vixiſſet: ſed quanta illi hac in re fides ſit habenda vnusquisque facile iudicabit.

(11.) Satis exinde patet, nunquam habuiſſe Misnenſes Palatinatum Thuringiae, ſed Saxonicum fuiſſe, qui ad eos a Thuringis peruenit, et breui poſt iterum ademtus Aſcaniisque conceſſus, tandem tamen, his extinctis, ad Noſtros redire coepit.

(12.) vid. Literae inueſtiturarum Friderici Bellicoſi, ab ALBINO *in Chron. Miſn. p.* 212. *et* LVNIGIO *in Teutſchen Reichs-Archiv Partis Spec. P.* 2. *p.* 5. *ſeq.* adductae. Licet enim de *Saxoniae* Palatinatu nulla hic expreſſa mentio occurrat: hunc tamen ab Aſcaniis ad Fridericum Bellicoſum delatum eſſe ſcimus. vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *de Antiqua Sax. Dignit. p.* 14. 15. fundatum eo tempore Palatinatum Saxonicum fuiſſe

adferri adhuc possent, omittamus. Necessitatis autem nunc est in causas, (13.) quae occasionem tanto errori dedere, vt inquiramus. Viderunt primo multi scriptorum aeui recentioris, delato licet a Rudolpho I. Imperatore in Albertum II. Ascanium eiusque successores lege beneficiaria Saxoniae Palatinatu, titulum tamen Palatini Comitis retinuisse Misnenses, hinc, sibi persuadentes, fuisse adhuc apud hos Palatinatum, a Saxonico tamen distinctum, plane nouum, quem Thuringicum nominare ipsis placebat, excogitabant. (14.) Sed, eos admodum esse deceptos, quis non videt? (15.) Misnenses enim, vbi semel hac dignitate priuati, nihil nisi solum fere titulum, (16.) qui solatium ipsis praeberet, ceteris omnibus quippe amissis, retinuere, Ascaniis, non repugnantibus, quibus dignitatem ipsam obtinuisse sufficiebat. Tum constat etiam, Principes Nostros non Thuringiae, sed Saxoniae Palatini

H 2 titu-

fuisse in Alsteto contendens. Sed, de hoc Palatio Alstetensi pluribus disserendi, infra erit locus

(13.) Dn. COCCEIVS quidem *in I. P. c. XV. Sect. 2. §. 18.* et ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XV. p. 193.* quem sequitur SPENERVS *P. Spec. Prolegom. de Insignibus Domus Sax. sect. I. p. 12. seqq.* alias huius rei adducunt rationes, at nulli horum possumus assentiri. Plane autem inepta et falsa sunt hac de re quae habet ALBINVS tum *d. l.* tum *im Stamm-Buche. etc. p. 214 seqq.* Perperam quippe sibi persuadet, initio solum extitisse Saxonicum Palatinatum, hunc vero, extincta familia Sommersenburgica, in duas partes fuisse diuisum, et partem eius Thuringos, partem vero Comites Brenenses obtinuisse. Illam ad Misnenses, hanc ad Ascanios tandem fuisse delatam.

(14.) Thuringici nempe Palatinatus sedem fuisse Alstedum, huius vero Brenam dicentes. vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *de Antiqua Saxon. Dignit. p. 14. seq.* Quod ad Brenam autem attinet, hanc nunquam fuisse Palatinatus sedem ex eo apparet, quod nullo tempore Imperarores in ea habuerunt Palatium, in Palatiis autem solum Imperatorum Comites Palatinos rei iudiciariae praefuisse §. 19. docebimus.

(15.) vid. *Excellentiss. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diss. XX. §. 17.*

(16.) quem tamen tuendi sui iuris gratia constanter vsurparunt, ita vt pauca adduci posse Diplomata putemus, in quibus hic sit omissus. vid. Diplomata supra in not. 9. h. §. adducta. *add.* SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alberti III. p. 113.*

(17.) L. III.

titulum vſurpaſſe: quo ſane docemur, eos dignitate illa non eſſe gauiſos. Dein anſam huic errori praebuerunt inſignia, in quibus duae aquilae diuerſis coloribus ornatae, quarum vnius caput corona, alterius non aeque eſt ſeptum, deprehenduntur. Sed placent nobis ea, quae de diuerſitate colorum in inſignibus ANTONIVS DADINVS ALTESERRA ſcribit: *ſequioris aeui hoc eſſe inuentum.* (17.) Quomodo autem ſit factum, vt vna aquila ſolum coronata, altera non aeque appareat, in §. huius Sectionis vltimo oſtendemus. Cognouerunt tandem quoque, Alſtetum non ſolum inter vrbes Palatinas numerari, ſed et per tot ſaecula Palatinorum fuiſſe ſedem: cum autem Thuringiae hoc eſſe oppidum ſciant, et Palatinatum, cum hoc coniunctum, Thuringicum exiſtimarunt, maxime cum eos non fugeret, et in Saxonia olim fuiſſe Palatinas ciuitates, quarum vni Palatinatum Saxonicum inhaeſiſſe putabant. At quis non videt, haec omnia ſolis niti coniecturis, abſonumque plane eſſe a diuerſitate Palatiorum ad multitudinem Palatinatuum ducere argumentum, qua de re tamen infra pluribus ſumus dicturi. Vltimo ex hiſtoriis notum eſt illis, non Henricum Illuſtrem ſolum, ſed et ſucceſſores eius ad Fridericum Bellicoſum vſque de Palatinatu eſſe inueſtitos. (18.) Sed iterum iterumque ignorant, neque per hanc inueſtituram Palatinatum Saxonicum, neque Thuringicum, quod tamen ſibi perſuadent, ſed peculiare plane quidquam Noſtris eſſe conceſſum, idque ob rationem paulo ante adductam. (19.) Nos,

(17.) *L. III. c. 53. de Ducibus et Comitibus Prou. etc. ſequioris aeui hoc eſſe inuentum*, inquit, *certos inſignibus colores et metalla vana ſuperſtitione dicare, et de his inſtituere artem ſcrupuloſam.* His inſignibus, duplicem fuiſſe Palatinatum vt crederent, ſunt ſeducti ALBINVS *dd. ll.* SPENERVS *P. Spec. Proleg. de Inſignibus Domus Sax. §. XII. ſeqq. et* HÖNN. *d. l. p.* 34. qui vltimus, Thuringicum per *Pfaltz-Sachſen Lauchſtedt*, Saxonicum per *Pfaltz-Sachſen Alſted* in Diplomatibus exprimi, putat *p.* 35. *ſeqq.*

(18.) vid. literae inueſtiturarum Friderici Strenui, quas Sectioni huic ſumus ſubiecturi; et in quibus Palatinatus Lauchſtetenſis mentio occurrit, de quo ſtatim *nota ſeq.* erit dicendum.

(19.) In-

(19.) Nos, ad demonstrandum, neque Thuringiae Palatinatum

 vnquam

(19.) Inspicientes enim literas inuestiturarum, de Palatinatu Landgrauiis Thuringiae et Misniae Marchionibus, a delata iam ad Ascanios Palatinatus Saxonici dignitate, datas (quarum exemplar Sectioni huic subiiciemus) Lauchstetensem solum illum appellari in iis videmus, nulla sane Saxoniae vel Thuringiae facta mentione. Vt itaque certum sit, non posse hunc Palatinatum, de quo iis temporibus Thuringiae Landgrauii inuestiti, inter Prouinciales numerari, quod ab oppido solum, non tota prouincia cognomen sortitur. Neque, ad ipsum Lauchstetum quod attinet, oppidum hoc intra Thuringiae fines, ob quod Thuringiae Palatinatus dici forte posset, continetur, sed Misniae Marchionatui annumeratur. Hinc vera potius Palatinatus huius Lauchstetensis haec nobis ratio esse videtur: Denotari nempe hoc Merseburgensem Comitatum, quod et tum aliis, tum his potissimum rationibus probamus. Constat primo, varia hunc Comitatum antiquissimis temporibus loca fuisse complexum, quod et DITMARVS *L. VI. pag. 380. ap. Ill.* LEIBNITIVM testatur, dum inquit; *Comitatum super Merseburg et beneficium ad hunc pertinens. etc.* Cum autem Lauchstetum prope Merseburgum sit situm, adeoque hoc illud proxime attingat; et, Lauchstetum ad Merseburgensem Gomitatum olim pertinuisse, haud vane suspicamur. Tum ex scriptoribus coaeuis docemur, factum fuisse Merseburgum eo tempore, quo Episcopatus ibi condi coepit, sedem Episcoporum, eaque potissimum ex causa temporis successu, quo inter liberas Imperii ciuitates numeraretur, desiderasse, vt itaque Comes alium sibi tandem ad habitandum sumere locum eo sit adductus. De quo, quinam ille fuerit, licet certi quidquam memoriae proditum non habeamus: veritati tamen ob allatas rationes admodum conuenire videtur, Lauchstetum eo fuisse destinatum. Idque vt eo magis credamus adducimur, quod arcem adhuc hodie, ob vetustatem licet fere collapsam, et in qua Comites Merseburgenses se tenuisse coniicimus, ibi inuenitur. Et tunc sine vllo dubio est factum, vt Lauchstetum, sedes nunc demum Comitum Merseburgensium, Palentiae (*einer Pallentz*, siue *Residentz*,) nomine insigniretur. De quo genere Palentiarum, *Pfaltzen*, videri potest *Excellentiss.* DN. PRAESES *in S. J. P. Diss. XX. §. 21.* Sicuti autem prima aetate Lauchstetum feudi lege non concedebatur, Henricum enim Mirabilem, Brunsuicensem Ducem, dotis loco hoc accepisse FABRICIVS *in Orig. Saxon. L. VI. pag. 589.* testatur, neque etiam Palatinatus nomine veniebat: ita ex post facto tum in Palatinatum, tum feudum abire coepit, vtrumque vero, mortuo Henrico Illustri Misniae Marchione, qua etiam aetate Saxoniae Palatinatus ad Ascanios deferebatur, factum fuisse haud immerito existimamus. Causa, ob quam factum hoc fuit, si quae alleganda est, haec, non alia, nobis esse videtur: quo nempe haberent Henrici successores atque heredes, quo

contra

vnquam extitiſſe, (20.) ideoque nec ad Miſniae Marchiones fuiſſe delatum, haec eſſe ſuffectura putantes, ad Noſtrum redimus Henricum.

## §. XV.

Satis nos docuere ea, quae paulo ante adduximus, primum fuiſſe Henricum Illuſtrem, qui in gentem ſuam intulit Sax. Palatinatum: nunc demum reſtat, vt, qua vſi ſunt eius ſucceſſores fortuna in eo retinendo, videamus. Non dubitaſſe Henricum, fore, vt hanc ſemel adquiſitam dignitatem in ſuos transferre poſſet, diuiſio eius ditionum inter filios, quam viuens conſenſu nobilitatis plebisque an. 1265. inſtituebat, (1.) teſtatur. Nam in hac vt Albertus, filius natu maximus, Thuringiam vna cum Palatina, ſi fieri poſſet, dignitate ſe mortuo obtineret volebat, licet conſilia haec, vti conſtat, euentu deſtituerentur felici. Mortuo enim Henrico an. 1288. (1a.) Rudolphus I. Imperator, tum amore erga generum Albertum II. captus, tum etiam memor, ſuffragio eius in Imperatorem ſe eſſe electum, eodem anno huic conferebat Saxoniae Palatinatum, (2.) cum iam antea priuilegio Electionis, quae

contra Aſcanios ſe defenderent, dum hi, quod antiquum Saxoniae Palatinatum cum Alſteto translatum in ſe ſciebant, titulum Palatini non iure a Miſnenſibus adhuc vſurpari contendebant.

(20.) Quod tamen affirmant ALBINVS *dd. ll.* GIOVANI *in German. Princip. d. l. p. 168.* FRIDER. LVCAS *in Fürſten-Saal p. 692.* ANDREAS OCKELIVS *de Palatiis Regum p. 86.* certo qui credit, Palatinatum Alſtetenſem diuerſum plane eſſe a Saxonico, quippe qui Archi-Epiſcopis Magdeburgenſibus, familia Sommerſenburgica extincta, cum arce Sommerſenburgo fuiſſet relictus.

(1.) vid. de hac FABRICIVS *in Saxon. Illuſtrata L. VI. pag. 986.* PAVLLINI *d. l. §. 60. 61. pag. 50. 51. 52.* PEIFFERVS *in Rebus Lipſienſibus L. IV. §. 13. p. 434.*

(1a.) vel, vti SPANGENBERGIO *in Chron. Sax. c. 262. et 268.* videtur, ann. 1287. Prius tamen confirmat SIFRIDVS, *Presbyter Miſnenſis, L. II. ad an. 1288. p. 700. ap.* PISTORIVM, cui et ſine dubio maior SPANGENBERGIO fides erit habenda.

(2.) ALBINVS *im Stamm-Buche, etc. p. 215.* qui, an. 1290. hanc donationem Alberto eiusque filio Rudolpho ſimul factam fuiſſe, vult; ſecus ſentiens *in Chron. Miſn. Tit. XV. p. 193. et Tit. XVI. p. 216.* add. LOHMEIERVS *in Tabb. Genealog. P. II. Tab. XVIII.*

quae ante haec ad omnes pertinebat, (3.) esset donatus, et non ita multo post variis beneficiis, Burggrauiatu inprimis Magdeburgico, (4.) augeretur, filio vero eius Rudolpho I. Comitatus Brenensis, (5.) feudi lege concederetur. Quamuis autem nobis hic inuestigare haud liceat, quo iure huius ad Ascanios translatio sit facta: non possumus tamen quin fateamur, inter ea adhuc officia Palatinum eo tempore fuisse numeratum, quae ad solius Imperatoris arbitrium, et quibus haec impertiri volebat, reuocabantur. Interea tamen magnopere illi, maxime vulgares Genealogiarum conditores, falluntur, hanc donationem Ascaniis factam ad

*XVIII.* et IMHOFIVS *in Tab. Genealog. Tab. XVIII.* ann. 1288. substituentes. Dissentit quidem LEVINVS VON AMBEER *d. l.* §. *18. pag. 50. seq.* et, Palatinatum iam a Bernhardo acquisitum fuisse, sibi persuadet, sed falli eum iam §. *praec.* notatum.

(3.) SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vitam Alberti III. pag. 112. Albertus, inquit, II. priuilegium electionis, tabulis eo concessis, est consecutus* (quod factum fuisse vult FAVST *im Stamm-Buche des Hauses Sachsen, pag. 155.* Ann. 1276.) *titulum tamen Electoris nunquam nec Mareschalli adhibuit.*

(4.) vid. ALBINVS *d. l. pag. 216. Tit. XVI.* add. LEVBERVS *de Iure Stapulae n. 105.* qui, in Comitiis Erfurtensibus an. 1290. huius factam fuisse concessionem, ait, cum hic apud Schrapelanam gentem esse desiisset. et SCHVRTZFLEISCHIVS *c. l. in Not. ad Vitam Alberti III. p. 152.*

(5.) In Comitiis Erfurtensibus an. 1290. vti duo Diplomata, quibus Comitatus hic Rudolpho eodem tempore conceditur, et quae finita hac Sectione, quod nondum ea cum orbe literato esse communicata scimus, sumus adducturi, testantur. Communis fere hactenus inter scriptores tum antiquiores, tum recentiores obtinuit opinio, non filium, sed patrem, Albertum II. Brenam obtinuisse. Ita enim inquit ENGELHVSIVS *in Chron. editionis Maderianae p. 255: In his Comitiis moritur Comes de Brene, cuius omnia bona Imperator dedit genero suo, Duci Saxoniae, et filiae suae in dotem.* Quae licet ad annum 1278. relata ab eo videmus: non immerito tamen mendum, ex incuria typothetarum admissum, subesse hic suspicamur. ENGELHVSIO e recentioribus adstipulatur FAVSTVS *im Stamm-Buche des Hauses Sachsen, pag. 155: Albrecht der andere, Herzog und Churfürst zu Sachsen, bekam vom Kayser Rudolpho seinen Schwäher die Pfaltz und die Graffschafft Brene, ward Churfürst 1276.* ALBINVS *in Chron. Misn. Tit. XV. p. 193. et Tit. XVI. p. 216.* rhythmos antiquos adducens (quos et habet LAVRITIVS *im Palmwald Tab. XIII. §. 15. p. 676.*) qui hanc opinionem confirmant. it. *in Stamm-Buche etc. pag. 23.* add. SPENERVS *in*

ad Iohannem Lauenburgicum, Alberti II. fratrem, qui extendunt, et eum eiusque successores Saxoniae appellant Palatinos. (6.) Neminem enim fugit, solum Albertum II. eiusque posteros beneficio Rudolphi hoc in officio esse confirmatos, Lauenburgicos autem, id quod maximum est, inuestituram simultaneam plane omisisse, vt satis itaque ex his appareat, nullum ius in Palatinatum iis fuisse quaesitum, nec tituli etiam vsum iis competiisse. Tandem Alberto II. e vita an. 1380. discedente; in Saxoniae quidem Palatinatu recuperando Misnenses, sed frustra, erant soliciti, tum quod turbae, tunc in imperio nostro existentes, hoc impediebant, tum quod Imperatores Ascaniis magis quam Misnensibus erant addicti, vt ea de causa illi in possessione, semel quaesita, manerent, eamque ad posteros suos transferrent, et ab Imperatoribus, nullo Electorum omisso, hac dignitate inuestirentur, licet, iis saepius de Palatinatu motas esse controuersias a Nostris, sit notum. Non possumus autem satis mirari, tam multos reperiri scriptorum, (7.) qui putant, Rudolpho I. Saxoniae Electori omnibusque eius posteris lege illa Imperii publica ac perpetua, an. 1356. sancita,

*Aurea*

*in Sylloge Genealogico Historica pag.* 771. Nobis assentitur FABRICIVS *in Orig. Saxon. L. V. p.* 554. et *in Stemmate VVittekindeo pag.* 30. 31. vbi inquit: *Otho erat Vltimus Comes de Brenn, mortuus ante patrem Conradum, et tunc Rudolphi Imperatoris consensu donauit Rudolpho, Saxoniae Electori, fratris sui filio, Ann.* 1290. *Elisabetha Vxor Conradi.* Licet enim diuersa plane ab his *in L. IX. Originum eius pag.* 114. occurrant: Scimus tamen, hunc aeque ac decimum non ab illo sed filio esse confectum. Ceterum eadem Diplomata erroris conuincunt DN. CELLARIVM, Iuniorem, *in Diss. de Originibus Comitum VVettinensium* §. 21. *p.* 39. pluribus asserentem, neque Albertum II. neque Rudolphum, Saxoniae Electores, Brenensem Comitatum possedisse. Nec aduersatur nobis, Albertum iam, patrem Rudolphi I, titulum Comitis Brenensis literis suis inseruisse: sciendum est enim, vivo adhuc patre donationem hanc Rudolpho fuisse factam.

(6.) SCHVRTZFLEISCHIVS *de Vitricis Ecclesiae* §. 10. *pag.* 21. notans ob id ELIAM REVSNERVM *in Genealogia pag.* 438.

(7.) qua in opinione versantur SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l. pag.* 24. DN. HORNIVS *in Diss. de Comit. Palat. Saxon. p.* II. §. IX.

(8.) *Th.*

*Aurea Bulla*, (8.) Palatinam dignitatem esse confirmatam, et cum Electoratu et Archi-Mareschallatu coniunctam, cum tamen ne mentionem quidem illius hic fieri videamus, nisi erroneae eorum sententiae assentiri volumus, haud differre Palatinum officium a Vicariatu, huncque Saxoniae Electorem interregni tempore administrare tanquam Palatinum. Meliori sane fundamento nititur confirmatio, (9.) ann. 1376. a Carolo IV. Imperatore VVenceslao Ascanio eiusque successoribus Francofurti facta, hac enim non solum inuestitura, qua VVenceslao paucis ante annis Palatinatus erat delatus, roboratur, sed et Alberto, fratris Ottonis filio, et perperam ab illo exclufo de successione tam in Palatinatum, quam ceteras terras et dignitates, si VVenceslaus sine virili prole esset decessurus, prospicitur, vt sane, eo tempore hunc cum Saxoniae Electoratu esse vnitum, asserere haud dubitemus. Sed inquiramus necesse est, quibus ex causis et Albertus II. eiusque Successorum plerique sint commoti, vt titulum Saxoniae omiserint Palatini. Elegantem huius rei reddit rationem SCHVRTZFLEISCHIVS, (10.) duoque adducit Diplomata, [illegible] (11.) quo-

(8.) *Tit. V. §. 2.*

(9.) Exhibent hanc Caroli IV. Bullam GOLDASTVS *Tom. Vno Constit. Imper. p. 372. seq. ad d. an.* 1376. HORTLEDERVS *de C. B. G. Tom. I. L. IV. c. 23. n. 51. p. 1502.* FREHERVS *in Comment. ad A. B. c. VII. de Successionib. Principum in primogenitis et eorum heredibus pag. 597. seq. et p. 605. seq.* (qui tandem vna cum aliis Tractatibus, huc pertinentibus, *Repraesentationi Reip. German. editae an.* 1657. *Norimbergae in 4.* insertus, cum iam antea *Heidelbergae an.* 1615. separatim prodiisset.) LVNIGIVS *d. l. P. Spec. Continuat. II. p. 186. seq* Verba eius, huc quae spectant, haec sunt: *si vero praefatum VVenceslaum, modernum Saxoniae et Luneburgensem Ducem, sine legitimis masculini sexus heredibus, laicis, de lumbis eius directa lineae geniturae descendentibus, mori contingeret, ex tunc Principatus et Comitatus Palatinus Saxoniae, nec non Archimareschallia Sacri Imperii, ac ius, vox, dignitas et potestas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promouendum, ad illustrem Albertum, etc. deuoluantur*, conf. et LEVINVS VON AMBEER *d. l. §. 12. p. 28. seq.* SAGITTARIVS *d. l. §. 36.*

(10.) *In Notis ad Vitam Alberti III. p. 111. Prudenter, inquit, abstinuere, partim ob Mar-*

(11.) quorum vnum nunquam ante hac editum, quae nos de eius neglectione Alberti II. et Rudolphi I. aetate confirmant. Nec quidquam hac in re Rudolphum II. mutasse, diplomata eius, apud Scriptores quae occurrunt, testantur. (12.) Id quod autem ab omnibus Electoribus ex ea gente Ascania antea erat neglectum, VVenceslaus demum restaurauit sibique vindicauit, et titulo Palatini Saxoniae vti coepit, (13.) quem et successores eius sunt imitati. (14.) Interim tamen fatendum est, haud nobis constare quidnam VVen-

*Marchiones Misniae, qui mortuo Alberto II. Saxoniae Palatinatum vindicabant, partim ob reliquos Imperii Principes, quorum siue inuidia siue aemulatio eo excitari potuisset.* Nemo tamen sibi persuadeat, et ipsa ideo dignitate, et iuribus, vi eius competentibus, Ascanios caruisse: Vtrumque enim eos habuisse testatur SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l. p.* 152.

(11.) *de Vitriciis Eccles. p. 9. 10. seq.* vnum ab Alberto II. an. 1292. VVittenbergae, alterum an. 1339. a Rudolpho I. nulla loci facta mentione est datum. In vtroque autem Palatini aeque ac Electoris titulus desideratur. Idem confirmant nobis ea Diplomata, quae ap. BECMANNVM *in Rebus Anhaltinis P. III. l. I. c. IV. p* 148. de Rudolpho I. Electore reperiuntur. vide et TENTZELIVM *in dict. Supplem. II. ad Hist. Gothan. p.* 443. 44. vbi ex duobus Alberti II. et Rudolphi I. Diplomatibus idem apparet. add. ALBINVS *im Stamm-Buche etc. p.* 215.

(12.) vid. Diplomata, de eo quae adducit BECMANNVS *d. l. L. V. c. 7. p. 46.*

(13.) Constat hoc tum ex iis tabulis VVenceslai, VVittenbergae 1378. datis, et quas primum produxit SCHVRTZFLEISCHIVS, *et Dissertationi de Vitriciis Eccles. p. 15.* inseruit, tum aliis, quas adducunt ZIEGLERVS *de Dote Ecclesiae c. 5. § 23. p. 62. seq.* Dn. HORNIVS *in Diss. de Burggrau Magdeb. pap. 32.* (quarum hae ex curia oppidana VVittenbergensi desumta) TENTZELIVS *d. l. p.* 445. 46. aliique passim. In omnibus autem hisce Diplomatibus VVenceslai titulus Electoris, quamuis hac in dignitate iam pater Rudolphus II. per A. B. fuisset confirmatus, nondum apparet, ea forte de causa omissus, ne reliquorum Imperii Principum inuidia et aemulatio tituli recentioris vsu excitarentur. Hinc non immerito colligimus, titulum Palatini Comitis recentiorem esse titulo Archimareschalli, antiquiorem vero Electorali. Primum enim ex Ascaniis, titulo hoc qui vsus, Rudolphum III. fuisse, quem frater dein Albertus III. secutus, constat, Diplomataque probant. Quamuis non negemus, et hunc quandoque ab his fuisse omissum.

(14.) Apparet hoc ex Diplomatibus, quae, nondum ante hac edita, primus produxit Dn. HORNIVS *d. l. p.* 32. add. TENTZELIVS *d. l. p.* 446. et ZIEGLERVS *de Dote*

VVenceslao hunc sibi vindicandi dederit occasionem, nisi coniicere volumus, confirmationem Caroli IV. Imperatoris, ann. 1376. factam, ansam huic rei praebuisse.

## §. XVI.

Quam summae erant fortunarum dotes quae in familiam Ascaniorum per aliquot saecula a Diuino Numine collatae, (1.) tam grauissimi sane, maximeque aduersi illi casus erant, quibus nunc demum affligebatur. Non enim solum morte Iohannis IV. Brandenburgici Marchionis anno Saeculi XIV. vigesimo secundo totam Marchiam amittebat, (2.) sed et, cum Albertus III. Saxoniae Elector an. 1412. nullum relinquens heredem diem supremum obiret, tam Electoratu, quam aliis illi annexis terris atque dignitatibus excidebat. Illius regiones tandem anno Saeculi XV. decimo septimo Friderico VI. Burggrauio Norimbergensi, huius vero vna cum Palatinatu Saxoniae Friderico Bellicoso, Misniae



*Dote Eccles. c. V. §. 22. p. 59. seq.* adducens Diploma de Rudolpho III. Ascanio, et Saxoniae Electore, quod titulum Saxoniae continet Palatini.

(1.) Primum enim Albertus Vrsus Marchiam Brandenburgicam cum dignitate Archi-Camerarii acquirebat, licet annus, quo haec translatio facta, ignoretur. vid. *Auctor des Europaeischen Herolds P. I. p.* 266. SAGITTARIVS *in Historia Marchionum Brandenb.* §. 12. Dein Bernhardus, filius, an. 1180. in Comitiis Herbipolitanis, proscripto Henrico Leone, Ducatum Saxoniae cum Archimareschallatu obtinebat. vid. ARNOLDVS LVBECENSIS *in Chron. Slauico L. II. c. 24. n. 8. p. 276.* ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1180. pag. 294. ap.* SCHILTERVM *in Collect. Script. R. G.* Tum nepos Albertus II. Saeculo decimo tertio dignitatem Electoralem, a Carolo IV. postea *in A. B. c. IV. §. 4. et c. VII. §. 2.* VVenceslao Electori confirmatam, vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *in Notis ad Vitam Alberti III. p. 112:* an. 1288. Saxoniae Palatinatum, vide *Eundem de Vitriciis Eccles. §. 10. p. 24.* adde Scriptores *supra §. XV. not. 2.* hac in materia citatos: an. 1290. vero Burggrauiatum Magdeburgicum in gentem suam transferebat. Cum quibus omnibus tandem Comitatum Brenensem Rudolphus I. coniungebat. vid. *§. praec. not. 4 et 5.* LEVIN VON AMBEER *d. l. §. 8. p. 23. seq.*

(2.) ALBERTVS CRANTZIVS *in Vandalia L. VIII. c. 3. p. 180. it. in Saxon. L. IX. c. 34. p. 693. seq.* IOH. HENR. ALSTEDIVS *in Chronologiae thesauro p. 538.*

(3) CRAN-

Marchioni, anno 1423. (3.) Sigismundus Imperator concedebat, (4.) quem Fridericum Bellicoſum breui poſt et Budae an. 1425. inveſtiebat. (5.) Vt itaque Palatinam dignitatem poſtliminio ad Noſtros rediiſſe videamus. (6.) Hanc autem, ſemel genti ſuae acquiſitam, non iterum dimiſit Fridericus, ſed, ad Poſteros ſuos vt transferret, allaborauit. Nec etiam ſpes Noſtrum eſt fruſtrata, inue-

(3.) CRANTZIVS *in Saxon L. X. c. 3. p. 709. ſeq. et L. XI. c. 10. p. 792.* ALBINVS *im Stamm-Buche p. 215. it. in Chron. Miſn. Tit. XVI. p. 209. ſeq.* FABRICIVS *in Saxon. Illuſtrat. L. VII. p. 696. et* MENCIVS *im Stamm-Buche des Hauſes Sachſen.*

(4.) Non ignarus, quam egregie Noſter tum de Vniuerſa Germania, tum maxime de ſe in bello Huſſitico promeritus fuiſſet. Quae itaque probe perpendens; neceſſe ſane erat vt eum ceteris omnibus, qui hac dignitate augeri cupiebant, longe anteferret. Accedebat his, quod ſubditi nobileſque in Saxonia, ne alii quam Noſtro haec Prouincia concederetur, efflagitarent. vid. SPALATINVS *in Hiſt. Saxon. ap.* HORTLEDERVM *de C. B. G. Tom. I. L. IV. c. 23. n. 40. pag. 1495.* Ceterum, qui cum eo de hoc honore certarunt, eos enarrat CRANTZIVS *in Saxon. L. XI. c. 10. pag 792.* qui tamen ſtudio partium deditus, et nimis Lauenburgicis Ducibus eſt addictus. ALBINVS *in Chron. Miſn. Tit. XVI. pag. 209. et 10.* FABRICIVS *in Saxon. Illuſtr. p. 795. ſeq.* et SPALATINVS *ap.* HORTLEDERVM *d. l. n. 38. p. 1495.*

(5.) Literas inueſtiturae exhibet HORTLEDERVS *d. Tom. I. L. IV. c. 9. n. 105. p. 1125. 26.* ALBINVS *in Chron. Miſn. Tit. XVI. p. 212. ſeq.* et LVNIG *im Teutſchen Reichs-Archiv P. Spec. Part. II. pag. 6.* Verba autem, huc quae pertinent, haec ſunt: *Vnd ihn mit vorgenannten Churfürſtenthum und Hertzogthum zu Sachſen, mit ſamt der Chur- und Ertz-Marſchalck-Ampt dazu gehörende, und auch ſonſt mit der Pfaltz-Hauſs- und Statt Allſtette &c. genädiglichen und belieben.* Neſcimus igitur cur GIOVANI *in Germ. Princ. c. l. p. 166. ſeq.* ſolum Electoratum ad Noſtrum, non etiam Palatinatum, delatum velit, ſibi forte perſuadens, habuiſſe iam hunc Miſnenſes. Eadem in opinione verſatur SCHVBARTVS *de Comitibus Palatinis Caeſareis p. 195.* Sed diplomata, quibus tamen niti ſe affirmat, non adducit. Nec iis poſſumus aſſentiri, qui Palatinatum ad Fridericum Bellicoſum quidem translatum, diſtinctum tamen ab eo, quem Thuringi antea habuiſſent, fuiſſe putant, idque ex literis inueſtiturarum allegatis, ſed fruſtra, ſtudent. Tota ſane res eo ſolum redit, vt duplicem ſibi fingant Palatinatum, de qua tamen opinione, quid ſentientum ſit, ſupra iam eſt monitum add. HORTLEDERVS *l. d. T. I. L. IV. c. 23. p. 1496. in notis ad* SPALATINI *Chron. Sax. P. II. §. 42. lit. L.* et pn. MVLLERVS *in Annal. Sax. ad an. 1425.*

(6.) SCHVRTZFLEISCHIVS *de Vitricis Eccleſ. §. 19. pag. 21. et in not. ad Vitam Alb. III. p. 113. it. in Epiſt. 233. Tom. I. p. 320.*

(7.) Trans-

inueſtitur enim de ea ad hoc vsque tempus POTENTISSIMVS POLONIARVM REX et SERENISSIMVS SAXONIAE ELECTOR, FRIDERICVS AVGVSTVS, ex antiquisſima Familia Wettinenſi ortus. (7.) Licet et in literis inueſtiturarum Ducum Saxoniae Lineae Erneſtinae Palatinatus fieri mentionem videamus.

## §. XVII.

In ſumma omnino dignitate Saxoniae Comites Palatinos fuiſſe conſtitutos, et principem poſt Duces ſemper obtinuiſſe locum, tum ex iis, quae ſupra iam de omnium Comitum Palatinorum auctoritate diſſeruimus, (1.) tum et ex *Iure Sax. Prou.* (2.) apparet: vt ſane, diutius hic in ea oſtendenda commorari, nullius plane nobis vtilitatis eſſe videatur. In eo itaque nunc demum opera nobis eſt collocanda, vt, dum in munere eorum conſiderando occupamur, cautionem adhibeamus, et tempora, quae tamen a plurimis haud diſtingui videmus, ſtudioſe recteque a ſe inuicem ſecernamus. Conſtat quidem ex ſuperioribus, variis hanc in rem ſcriptorum adductis locis, omnibus Palatinis Comitibus nullo non tempore, vt rei iudiciariae loco Imperatoris in prouinciis praeeſſent, incubuiſſe: attamen alia, probe adhuc notanda, reſtant. Prima enim aetate Imperatores vt in ceteris terris, ita et in Saxonia Comites Palatinos quos volebant, quique idonei ipſis videbantur conſtituebant, eademque eorum erat conditio, quae hodie eſt miniſtrorum. Nam ſicuti hi de iniuria ſibi illata queri non poſſunt ſi iis muneribus, quibus funguntur, a Dominis ſuis priuantur: ita et Palatinis acquieſcendum erat in voluntate Imperatorum, ſi forte illis dignitates, antea conceſſas, iterum adimere ipſis placeret. Et licet Imperatores ab ea gente, in quam

 ſemel

(7.) Quomodo Mauritius Elector de Palatinatu Saxoniae, vna cum Electoratu, vniuerſo Saxoniae Ducatu, et reliquis terris atque dignitatibus ſit inueſtitus, docet nos eiusdem Inauguratio, quam habet HORTLEDERVS *de C. B. G. Tom. II. Lib. III. c. 85. pag. 926. ſeq. n. 3. et 8.*

(1.) § *VII.*

(2.) *L. III. cap.* 62. vbi primo loco fuiſſe inter ceteros Saxoniae Comites memorantur. add. SCHILTERVS *in Comment. ad cap. XLII. I. F. Alem. p.* 250. §. 16.

(3.) Ea

ſemel hoc officium intulerant, raro admodum diſceſſiſſe ſciamus, quod in Saxonia Goſecenſes et Sommerſenburgici Comites nobis teſtantur: tantum tamen abeſt, ad id vt fuerint obligati, vt potius hoc fecerint libera ex voluntate commoti. Non erat etiam tanta initio horum poteſtas, dum res ſolum minores ipſis componendae diiudicandaeque relinquebantur, maiores vero et vllius momenti ad Imperatores deferre, aut aduentum eorum in prouincias, (3.) ſi appropinquaret, expectare cogebantur, quo ipſi de his cognoſcerent, ſtatuerent atque iudicarent. Durauit hic rerum Status in Saxonia aeque ac alibi ad ea vsque tempora in quae interregnum incidebat, vbi demum munus Palatini Comitis cum Ducis, quod factum fuiſſe in noſtra prouincia ſub Aſcaniis ex ſuperioribus conſtat, coniungi coepit. Duces enim prouinciarum, in maiore atque olim poteſtate ſe conſtitutos, totque iuribus, quibus antea non fruebantur, auctos ſe eſſe cognoſcentes, nunc tandem etiam ſuperioritati territoriali inſidiabantur. In qua autem ſibi aſſerenda tantopere ſoliciti, haud immerito intelligebant, participes eius ſe nunquam futuros, ſi et in poſterum iudiciorum cura ad Imperatorem pertineret. Allaborandum itaque ipſis erat, quo eam Imperatoribns eriperent ſibique vindicarent. Id quod autem ſaepius, fruſtra tamen ſemper tentauerant, tandem aliquando, interueniente quippe interregno, impetrabant. Sicuti enim eo durante multa Imperatoribus iura auferebant: ita et poteſtate iudicandi in prouinciis, ad haec vsque tempora propria illis, eos priuabant. (4.) Rudolphus quidem I. Imperator, imperio potitus, in amiſſis vindicandis operam collocabat, nec eius ſucceſſores

(3.) Ea enim aetate nondum certus Imperatoribus locus, quem inhabitarent, erat deſtinatus, ſed peragrabant prouincias, in quibus ſua palatia habebant. Salua itaque eſt SPECVLATORIS SAXONICI ſententia, dum inquit: *VVenn der König ins Land kommt ſitzet er ſelber zu Gerichte*, quam tamen a multis, ſed fruſtra, impugnari ſcimus.

(4.) Haec ſunt illa tempora, quibus poteſtas Imperatorum in prouinciis tantopere imminuta, et Duces, ſecus ac antea, et maiores et minores res iudiciales tanquam Palatini curarunt, vid. GIOVANI *d. l. p.* 168.

(5.) de

res in iis recuperandis erant negligentes, ſed, cum tanta poteſtate Principes praeditos inuenirent, relinquere haec ipſis cogebantur. Omni itaque ſpe iurisdictionem recipiendi in prouinciis ſublata; Duces eorumque poſteros hac donare, feudique lege hanc iis concedere incipiebant, quo liberales tamen adhuc aliis viderentur. Hinc factum eſt ſane, vt Duces, Palatina dignitate ornati, in poſteros ſuos pro ſuo arbitrio, nec adhibito prius Imperatoris conſenſu, eam transferre poſſent, nec poſtea amplius Comites eiusmodi Palatini, a Ducibus diſtincti, in prouinciis audirentur. Idem autem in Saxonia contigiſſe ex annalium Saxonicarum conditoribus docemur, quippe qui, Albertum II. Aſcanium, Saxoniaeque Ducem, ritu ſolenni ac beneficiario a Rudolpho I. Palatinatum Saxoniae obtinuiſſe, et cum Ducali dignitate coniunxiſſe, nobis affirmant. Ceterum, quomodo ſit factum vt ſoli titulo Palatini Comitis Duces Saxoniae eo adhuc tempore ſint vſi, ſoli etiam ea dignitate ad hunc vsque diem inueſtiantur, reliqui vero Duces, Bauariae nempe et Sueuiae, non aeque, nos fugit. Quod ſi tamen coniecturis indulgere licet, haec forte ſubeſſe nobis ratio videtur. Palatinatum Bauariae poſſidebant VVittelsbachii, qui, proſcripto Henrico Leone, de ipſo Bauariae Ducatu inueſtiebantur. Hinc, relicto Palatinorum et gentis nomine, Ducalem titulum cum Palatino, illum hoc digniorem exiſtimantes, commutabant. Multos enim titulos ſimul adhibere, eorum temporum rationibus moribusque, vti conſtat, repugnabat. Ad Comites vero VVürtenbergenſes quod attinet, qui arcem Palatinatus Tübingenſem a Comitibus Palatinis redemerant, hoc titulo vti ideo hi prohibebantur, quia adhuc reliqua erat linea (5.) Tubingenſium Palatinorum. Hac vero penitus extincta, neglectus omnino fuit hic titulus, cum VVürtenbergenſibus ipſum Palatinatum ſufficeret obtinuiſſe. Aliud autem prorſus obtinebat, vbi ad Frideri-

(5.) de qua vid. omnino HENNINGESIVS *in Theatro Genealogico P. I. p.* 304. *et* 305. *et P. II. p.* 115. Genealogiam horum exhibens.

(6.) vid.

dericum Bellicosum, Misniae Marchionem, vna cum Electoratu Saxoniae ceterisque dignitatibus Palatinatus Saxoniae deferebatur. Expressam enim in literis inuestiturarum huius Palatinatus fieri mentionem, ea potissimum de causa summae esse videbatur necessitatis, ne forte Lauenburgici Duces, qui ex stirpe Ascaniorum adhuc etant reliqui, et tum in ipsam dignitatem Electoralem, tum Palatinam, ius sibi competere contendebant, hanc sibi relictam, nec in Fridericum translatam existimarent. Quamuis autem ex his satis appareat, maximam partem muneris Palatinorum Saxonicorum iustitiae administrationem absoluisse: tantum tamen abest, vt his solum limitibus potestas eorum fuerit circumscripta, vt potius, et alia Imperatorum negotia in prouinciis olim eos curasse, asseramus. Sicuti enim in ceteris Germaniae prouinciis Imperatotres suum habebant fiscum, sua etiam praedia, quae vocabant Salica, et a Ducum terris prorsus erant distincta, possidebant, censumque regium exigebant: ita et in Saxonia idem obtinebat. Cum autem, horum omnium curam a Caesaribus mandatam fuisse, Comitibus Palatinis, sciamus; (6.) necesse sane est, vt eadem a Saxonico administrata esse affirmemus. Interim tamen hic iterum caueamus opus est, ne tale quid omnibus temporibus obtinuisse temere dicamus, quae probe hic itidem, vti antea, veniunt secernenda. Initio enim tum haec, tum alia iura salua erant Imperatoribus, nec quisquam Ducum ea ad se trahere audebat, ex postfacto autem demum, aetate in primis Interregni, amittebantur, eademque fata cum iudiciaria potestate, imperatoribus in prouincia competente, experiebantur, ita, vt cum antea Palatini Comites nomine Imperatoris haec omnia exercuissent, nunc demum Duces haec inciperent possidere. Cum autem hoc modo omnia Imperatorum iura, saltim ea, ad quae tuenda Palatini Comites in Prouinciis constituebantur, extinguerentur;

(6.) vid. locus AVENTINI *supra* §. *VII. not.* 11. adductus.

(1.) quod

rentur; non poterat ſane non fieri vt et horum munus ceſſaret, in deſuetudinemque abiret.

§. XIIX.

Quod in omnibus prouinciis olim obtinuiſſe ſcimus, vt alia eſſent Ducum, alia Comitum Palatinorum in iis officia, et ſeparatae prorſus vtrorumque rationes, idem et de Saxonia noſtra tuto poſſumus affirmare. Conſtat enim ex iis, quae modo attulimus, Comites Goſecenſes, poſteaque Sommerſenburgicos dignitate Palatini in Saxonia quidem fuiſſe gauiſos, non etiam Ducis, quippe quae iis temporibus erat apud Billingos, illisque in Magno, Duce, extinctis, Henrici V. beneficio ad Lotharium (ex illuſtri Querfurtenſium Dynaſtarum proſapia ortum, poſteaque Imperatorem renunciatum) et ab hoc iterum ad Henricum Superbum, Baioariae Ducem, deferebatur. (1.) Merito itaque notat CONRINGIVS (2.) GLOSSATOREM *Speculi Saxonici*, aſſerentem, omni tempore has dignitates fuiſſe coniunctas. Quamuis enim inficias ire haud queamus, vtramque quandoque ad Saxoniae Duces fuiſſe delatam, quis autem non intelligit, non niſi fortunae hanc coniunctionem eſſe tribuendam. (3.) Non enim nos fugit, mortuo an. 1220. Alberto, vltimo ex Comitibus Sommerſenburgicis Palatino Saxoniae, duas has dignitates in Henrico Leone, Saxoniae et Bauariae Duce, coniunctas, eo vero breui poſt proſcripto, ſeparatas iterum extitiſſe, et Palatinatum Hermannum, Thuringiae Landgrauium, Ducatum vero Bernhardum Aſcanium an. 1180. ritu ſolenni beneficiario a Friderico I. Imperatore impetraſſe. (4.) Nec ignoramus quid anno 1288. vitam cum morte commutante Henrico Illuſtri,

K euene-

(1.) quod eleganter oſtendit MEIBOMIVS *in Hiſt. Bardeuici p. 61. Tom. III. Rerum Germ.* add. SCHVRTZFLEISCHIVS *Epiſt. 233. Tom. I. p. 320. ſeq.*

(2.) *de Iudic. Germ. §. 90.* Nec minus inepta ſunt ea quae habet GLOSSATOR *ad VVeichbild. art. 16.* et ſupra iam *ad §. VII. Not. 13.* fuerunt notata.

(3.) quod et vult CONRINGIVS *d. l.*

(4.) ARNOLDVS LVBECENSIS *L. II. c. 24. n. 8. p. 276. it. c. 30. n. 1. p. 288. et c. 36. n. 3. et 4. p. 297. Auctor Hiſt. de Landgrau. Thuring. c. 25. p. 919. ap.* PISTORIVM *T. I. R. G.*

euenerit, obtigiſſe nempe Alberto II. Aſcanio eo tempore Palatinatum Saxoniae, cum centum et octo retro annis Ducatum Bernhardus, auus, accepiſſet. (5.) Sed quid ex tot tandem mutationibus concludere licet? nihil ſane aliud, quam Palatinatum Saxoniae eiusmodi olim fuiſſe Ducatus acceſſionem, vt ab eo abeſſe potuerit, et reuera etiam interdum abfuerit, ſeparatasque plane illi ab hoc exſtitiſſe rationes. Mutatam tamen eſſe harum rerum faciem, vbi Albertus II. Aſcanius beneficio Rudolphi Imperatoris eum accepit. Eo enim iam tempore Ducatui, ſiue Electoratui Saxoniae aeterno iure hunc eſſe innexum, cum SCHVRTZFLEISCHIO (6.) aſſerere haud dubitamus, licet, maximum momentum hanc ad rem attuliſſe Caroli IV. Bullam, anno 1376. Francofurti promulgatam, qua tum Electoratus, tum Palatinatus, ceteraeque dignitates Wenceslao eiusque poſteris confirmabantur, haud negemus. (7.) Tantum autem abeſt, vt ſub Aſcaniis ſolum perpetua Electoratus fuerit acceſſio, vt potius et poſtea, redeunte demum illo ad Miſnenſes, nec talis eſſe deſierit, (8.) accedente nimirum adhuc confirmatione Sigismundi Imperatoris, Friderico Bellicoſo eiusque poſteris Budae an. 1425. facta. (9.) Satis enim aperte hae inueſtiturarum tabulae indicant, Saxoniae Palatinatum, qui ſub Aſcaniis iam ſaluo Electoratu et Ducatu apud alium eſſe haud poterat,

*R. G.* FABRICIVS *in Saxon. Illuſtr. p. 89. L. I.* SCHILTERVS *d. l. p. 250. etc.* SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alb. III. p. 110.*

(5.) *Vid. ſupra §. XII. not.* 7. hac in materia iam citati Auctores.

(6.) *de Vitricis Eccleſ. §. 10. p. 24. et in not. ad Vit. Alb. III. p. 114.* CONRINGIO *de Iudiciis Germ. §. 91.* et FRIDERICO LVCA *in des Heil. Röm. Reichs Vbralten Fürſten-Saal p. 690.* add. GERHARDVS DE ROO *in Annal. Auſtriac. L. I. p. 14. 21. 35. ſeq.* diſſentiens, et Rudolphum, Alberti filium, primum, qui iure hereditario Palatinatum, Saxon. accepiſſet, fuiſſe affirmans.

(7.) Conſentit Dn. COCCEIVS *in I. P. c. XV. ſect. II. §. 21.* Ipſam vero Bullam adducit GOLDASTVS *Tom. I. Conſtitt. Imper. ad an. 1376. add. §. XV. Not. 9. ſupra.*

(8.) SCHILTERVS *I. P. Tom. II. Tit. 19. p. 302. §. 41.*

(9.) SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alb. III. p. 114. et de Vitricis Eccleſ. §. 10. p. 21. et 24.*

(10.) SCHVRTZ-

rat, in eodem adhuc ſtatu atque conditione Miſnenſibus fuiſſe relictum. (10.)

## §. XIX.

In palatiis regiis, (1.) quae in omnibus prouinciis Caeſares habuiſſe conſtat, (2.) nullo non tempore Comites Palatinos nomine Imperatoris rei iudiciariae praefuiſſe, omnes ſane ſcriptores inter ſe conueniunt, et de Saxonia in primis hoc nobis teſtantur. Quod ſi autem, vt fieri neceſſe eſt, inquiramus, num vnum idemque Palatium ab omnibus ſemper Saxoniae Palatinis ſit retentum, aut potius vna cum familiis mutatum, in primis cum quinque in Saxonia palatia a SPECVLATORE SAXONICO memorentur (3.); hoc plurimos ſane tam dubios reddidiſſe videmus: vt certi de hac re quid credant ſe non habere, ipſi tandem faterentur. Nos, ipſis



(10.) SCHVRTZFLEISCHIVS *ib. in not ad Vit. Alb. p. 183. et de Vitricis Eccleſiae p. 21. §. 10. et in Epiſt. 233. Tom. I. p. 321.*

(2.) Appellabantur haec etiam Pallentiae, *Pfaltzen*, *Pallentzen* vid. FREHERVM *in Origin Palat. L. I. c. 2. p. 38.* et in plena olim erant Imperatorum poteſtate. In *Speculi Sueuici L. III. art. 52. 53. et 57.* vocabulum *Palantz* iudicium ſeu tribunal denotat, haud obſcure a Palatiis Imperatorum, in quibus iudicia habebantur, deſumtum.

(2.) de diuerſis Imperatorum in Germ. Palatiis, eorumque origine vid. SCHILTERVS *in I. P. Tom. I. Lib. IV. Tit. IV. p. 354. §. 2.* In primis vero THOMAS REINESIVS *in Tr. de Palatio Lateranenſi p. 11. ſeq.* Caueamus autem neceſſe eſt, ne, palatia cum Palatinatibus confundentes, in vnoquoque Palatio fuiſſe Comitem Palatinum dicamus. Quae non obſeruans vir alias ſummus, IOH. STRAVCHIVS, errauit, et, quinque fuiſſe in Saxonia Palatinatus, eſt arbitratus. *Vide Diſſ. eius Exot. III. §. 1. p. 67.* Meliora vero edoctus CONRINGIVS *in Diſſ. de Iudic. Germ. §. 90.* ſcribit: *Non pertinuerunt haec oppida ad negotia Comitum Palatinorum, ſed fuere olim Regia palatia, qualia multa paſſim habuit Germania.*

(3.) *L. III. art. 62.* vbi: *Quinque ciuitates quae Pallentias dicuntur in Saxonia inueniuntur, in quibus Rex legitimis debeat curiis praeſidere, prima dicitur Grona, VVerlitz ſecunda, quae modo in Goslariam translata eſt, VValhauſen tertia, Allſtede quarta, quinta Mersburg nominatur.* conf. hic MEIBOMIVM *in Irmenſula Saxon. c. XIII. Tom. III. R. G. p. 27. 28.* vbi de his ciuitatibus plura babet notatu digna. De Crona vero vide ſpeciatim MEIBOMIVM *in not. ad* VVITICHINDVM *Tom. I. p. 676.*

quin omnino aſſentiamur, haud dubitamus, maxime cum nemini ſit ignotum, de certo palatio, in quo iuſtitiam nomine Imperatoris adminiſtrarunt, apud antiquiores annalium conditores plane nullam, apud recentiores autem raram fieri mentionem. De Goſecenſibus enim nullus vnquam ſcriptorum, quo nempe in palatio iuſtitiam hi adminiſtraſſent, quidquam prodidit. De Sommerſenburgicis quidem SCHVRTZFLEISCHIVS (4.) coniecturam facit, et, Magdeburgum (5.) ſedem fuiſſe eorum tempore adminiſtrandae iuſtitiae, putat, ſed eum ideo ſequi prohibemur, quod nullos ſcriptores, qui hanc ſententiam nobis confirmant, adducit. Ad tempora autem Henrici Leonis ſi accedimus, quem a Sommerſenburgicis hanc dignitatem accepiſſe ſcimus, idem, quod de Goſecenſibus et Sommerſenburgicis, hic nobis dicendum eſſe putamus, maxime cum per breue tantum temporis ſpatium hac dignitate ſit gauiſus: quicquid etiam alii de Goslaria, (6.) quod ſedes haec fuerit eo tempore Palatinatus, ſibi, ſed falſo, perſuadeant. Certiora habemus a temporibus Thuringorum, vbi demum

add. SCHVRTZFLEISCHIVS *de Antiqua Sax. dignit. p. 14.* MEIBOMIVM tamen in pluribus ſecutus.

(5.) *d. l. p 16. ſ. 10.*

(5.) Hac in ciuitate Ottonem M. ſuum habuiſſe palatium, apparet ex eiusdem Diplomate de an. 937. quod donationem, Eccleſiae Magdeburgenſi factam, continet, et extat apud MEIBOMIVM *Tom. I. p. 741.* ibi: *In Magdeburg curtem noſtram cum aedificio et territorium illuc pertinens etc. etc. iure perhenni in proprium damus etc* Verum ſub Imperatoribus ſequentibus neque de Palatio Magdeburgenſi, neque de Palatino, qui ibidem ſedem habuiſſet, quidquam apud ſcriptores legitur fide dignos. add. LEVBERVS *in Diſquiſitione Stapulae Saxonicae* paſſim. Hinc potius affirmare poſſemus, Sommerſenburgicos, hisque extinctis Henricum Leonem, Gronae ſedem ſuam Palatinam habuiſſe, quippe quae ceteris oppidis Palatinis iis propior erat, eorumque temporibus ſuum adhuc Palatium ſeruabat, et ex poſt facto demum a Friderico I. exercitum contra Henricum Leonem in Saxoniam ducente, eſt deſtructa. vid. MEIBOMIVS *in not. ad* VVITICHINDVM antea *d. l.*

(6.) Goslariam ab Henrico Aucupe conditam teſtantur ENGELHVSIVS *in Chron. ap. Ill.* LEIBNITIVM *Tom. II. Rerum Brunsuic p. 1073. A. Hiſtoriae de Landgr. Thuring. c. 9.*

mum in hos Palatinatus Saxoniae eſt translatus, tunc enim vn-

K 3 cum

*c. 9. p. 912. ap.* PISTORIVM *T. I. R. Germ.* 10. SCHIPHOVVERVS *in Chron. Archi-Comitum Oldenburgenſium Tom. II.* MEIBOMII *ſcriptorum Rer. Germ. p.* 130. et FRANC. HENR. BODO *in Syntagmate de conſtructione coenobii Gandeſiani p.* 490. *ib.* BVNTINGIVS *in Chron. Brunsuic. P. I. p.* 53. FABRICIVS *in O. Sax. L. II. p.* 124. et HEINECCIVS *in Antiquit. Goslar. L. I. p. 8. ſeqq.* quanquam diſſentiant *auctor Chronici Stederburgenſ. ap. Illuſtr.* LEIBNITIVM *Tom. I. R. Br. p.* 851. *et* ALBINVS *in Chron. Metallico Tit. XIII. p.* 111. quorum ille, Henricum III. Imperatorem, hic vero, Ottonem M. eius fuiſſe conditorem, dicit. Idem vero Henricus Auceps, qui perpetuam fere ſedem Brunsvvigae in arce *Danckvvertsrode* habuiſſe dicitur a BVNTINGIO *in Chron. Brunsuic. P. I. p.* 40. nomine Goslariae hanc ab amne patrio, Goſa, vrbem permeante deſumto, inſigniuit, addita adhuc ab eo voce *Laar*, quae Saxonibus, nimis conciſe loquentibus, caſtrum, *ein Lager*, ſignificabat, vt hinc Goslaria idem ſit ac caſtrum ad Goſam, vti ex MEIBOMIO *de Irmenſula* notat HEINECCIVS *d. l. p.* 12. Ab Henrico II. eam eſſe amplificatam *ex* FABRICIO *d. l. L. II. p.* 304. *et* ALBINO *d. l.* conſtat. Quo autem tempore facta ſit vrbs Palatina, *Eine Keyſerliche Hoff-vnd Lager-* ſiue *Pfaltz-Stadt*, diſſentiunt admodum inter ſe ſcriptores. *Auctor Chron. Epiſcoporum Verdenſium apud Ill.* LEIBNITIVM *Tom. II. R. Br. p.* 215. (quem eſſe GREGORIVM HYRTE *idem in Introduct. ad Tom. II. p.* 22. putat.) ALBERTVS CRANTZIVS *Metrop. l. V. c. 6. p.* 308. *et in Saxon. l. IV. c.* 43. *p.* 280. aliique, ab Henrico III. Palatium ibi exſtructum, volunt. ALBINVS *d. l.* ſub Ottone I. Imperatore factum hoc fuiſſe ſibi perſuadet. HENRICVS MEIBOMIVS *de Irmenſula Saxon. Tom. III. p.* 28. dubius admodum de auctore huius palatii loquitur. Nos nulli horum aſſentimur, ſed ſub Henrico II. potius hoc aedificatum fuiſſe cum HEINECCIO *c. l. p. 22. ſeq.* affirmamus. Primus enim fuit Imperatorum qui Comitia Goslariae habuit, vt Diplomata ibi data teſtantur. Quem ſequentes Caeſares imitantes, ſaepius ibi fuere commorati, comitiaque edixere, quod SAGITTARIVS *in Hiſt. Goslariae c. III. IV. et V.* ex optimae fidei ſcriptoribus oſtendit. De Henrico Leone GERHARDVS, *Praepoſitus Stederburgenſis, in Hiſt. de Henrico Leone ap.* MEIBOMIVM *Tom. I. p.* 431. probat, eum in Comitiis, Goslariae habitis, trium annorum exſilio a Friderico I. fuiſſe mulctatum. Hinc non immerito a LAMBERTO SCHAFNABVRGENSI *ad an.* 1070. Villa Regia, it. clariſſimum regni domicilium appellatur. *p.* 180. *ap.* PISTORIVM *Tom. I. R. Germ. add.* HERMANNVS CONTRACTVS *in Chronico ad an.* 1065. *pag.* 148. *T. I. R. Germ. ap.* PISTORIVM, qui eodem anno palatium hoc Imperatorum igne conſumptum fuiſſe tradit. Proſpiciendum autem hic iterum nobis eſt, ne cum aliis, Goslariam fuiſſe ſedem Saxoniae Palatinorum, ſtatuamus. Omni enim tempore ſolum fuit vrbs palatina, in qua Imperatores ſuum quidem habuerunt palatium, non etiam Comitem Palatinum,

ſed

cum dignitate Alstetum (7.) ipsis scimus esse assignatum. Quo vero in loco Palatinatus fuerit vbi ad Ascanios peruenit, scriptores iterum, quod Diplomatibus hac in re absque vllo dubio destituuntur, inter se dissentire videmus. Alii enim Schartouium, (8.) pro-

sed Aduocatum solum *einen Reichs-Voigt* siue *Reichs-Schultheissen*, qui iustitiam ibi absentibus illis administrabat. Tales autem in omnibus ciuitatibus Imperialibus olim fuisse, ex loco HEIDERI, quem supra §. *VII.* adduximus, apparet, et HEINECCIVS *d. l. p.* 23. testatur. De Aduocatia vero Goslariensi §. *idem d. l. et p.* 218. *et Ill.* LEIBNITIVS *in Introd. ad Tom. II. R. Br. p.* 17. Ceterum falluntur admodum POMARIVS *in Chron. Sax. p.* 161. *et* SPANGENBERGIVS *in Chron. Henneberg. l. I. c.* 25. *p.* 65. *et c.* 33. *p.* 69. existimantes, VVerlitzium siue VVerlam et Goslariam, ciuitates, haud a se inuicem differre, illudque Goslariae nomen ex post facto demum obtinuisse. Quod velle etiam videtur SPENERVS *Part. Spec. Proleg. de Insign. Domus Saxon. p.* 13. *Vid.* HEINECCIVS *d. l. L. I. p.* 6. 7. 21. 22. *add.* SCHATENIVS *in Annal. Paderbornens. T. II. l.* 3. *p.* 259.

(7.) Vna antiquissimarum ciuitatum Palatinarum in Saxonia. Non enim solum Ottonem III. sed etiam Ottonem II. iam Alsteti saepius se tenuisse, SAGITTARIVS *in Antiquit. Alstet. §. 6. et seq.* ex eorum tabulis, ibi confectis, ostendit, quod et ex Diplomate Ottonis III. ab HENRICO MEIBOMIO *Tom. II. R. Germ. pag.* 375. *in not. ad Chron. Magdeb.* adducto apparet. De Henrico II. idem testatur *auctor Chronici Quedlinburgensis ap. Ill.* LEIBNITIVM *Tom. II. R. Br. p.* 291. DITMARVS *L. VII. apud eund. Tom. I. p.* 411. *et* 416. in primis §. *p.* 402. vbi ait: *Frater meus, Comes Henricus, haec ad implenda illico mittitur, et vt Alstedi ad publicum veniret colloquium iubetur etc. Interim Caesar Henricus II. in Alstedi populis iura dabat, et, vt praesentes affirmabant, meis hoc amicis denegabat.* Vt itaque, et ab Henrico II. comitia Alsteti fuisse habita, videamus. add. HEINECCIVS *d. l. p.* 23. De sequentibus vero Imperatoribus ad Fridericum I. vsque idem SAGITTARIVS *d. l.* §. 17. *seq.* affirmat. Quomodo autem sit factum, vt a Friderici I. morte nullus Imperatorum amplius palatium hoc Alstetense inhabitauerit, nihil apud Scriptores memoriae proditum inuenimus. Ad nos autem quod attinet, non immerito existimamus, cum Fridericum I. tum successores eius, ne amplius Alstetum adirent, oppressione eius atque vastatione, a Saxonibus anno 1115. post praelium cum Henrico V. Imperatore commissum facta, esse impeditos. vid. SPANGENBERGIVS *in Chron. Querfurtensi L. II. c.* 24. *p.* 170. *seq.* Licet, multum ad id etiam momenti attulisse, Alstedum nempe temporis successu pleno iure Ascanios sibi acquisiuisse, inficias haud eamus. Sed plura, quae de Alstetensi hoc palatio afferri possent, omittimus, et in eo solum sumus soliciti, vt, vbi Palatinatus Saxon. ad Thuringiae Landgrauios peruenit, Alste-

(8.) prope Magdeburgum ſitum, alii Brenam, (9.) Palatini iudicii locum fuiſſe contendunt, ſed vtrique admodum falluntur. Praeterquam enim quod in neutra harum ciuitatum vnquam Palatium Imperatores habuere; et a nemine cuiuscunque aetatis ſcriptorum, has ciuitates Palatinos vllo tempore inhabitaſſe, docemur. Vt magis itaque ipſis, Alſtetum vna cum dignitate accepiſſe Aſcanios, affirmare, ſi forte ſummae neceſſitatis coniecturis indulgere iudicaſſent, incubuiſſet. Nos, qui certiora quibus niti poſſu-

Alſtetum eius fuiſſe ſedem oſtendamus. Hanc autem noſtram ſententiam optime probari poſſe ex SPANGENBERGII *Chron. Mansfeld. P. I. c. 228.* exiſtimamus. Ibi enim, Hermannum, Comitem Pal. Sax. et Landgrauium Thuringiae, aliquandiu ſedem ſuam habuiſſe, inuenimus. SPANGENBERGIO autem eo maiorem hac in re fidem vt habeamus eo potiſſimum adducimur, dum ſcimus, non ſemper ſed certis tantum temporibus Comites Palatinos in Palatinatu iuris dicendi cauſa fuiſſe commoratos. SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxon. dignit. §. 9. p. 14.* FABRICIVS, quidem *d. l. L. I. p. 89. ex Chron. Goſec.* probare ſtudet, Alſtetum cum Palatinatu ad Thuringos perueniſſe, ſed fruſtra, quia hoc de Alſteto plane ſilet. Cum autem certum ſit, Thuringos fuiſſe primos ex Comitibus Palat. Sax. qui iuſtitiam Alſteti adminiſtrarunt; non poſſumus ſane aſſentiri SAGITTARIO *in Antiquit. Alſtet. §. 21. et 37.* et PAVLLINO *in Antiq. Iſenac. p. 27.* quorum ille, diu ante haec tempora, hic vero, a Sec. IX. Alſtetum iam fuiſſe Palatinatus Sax. ſedem, ait, in primis cum nos ſua ſolum auctoritate niti iubeant.

(8.) vid. ALBINVS *in Chron. Miſn. Tit. XVI. p. 217.* qui ipſe tamen dubie admodum hac de re loquitur.

(9.) vide *Eundem Tit. XV. p. 193. et Tit. XVI. p. 216.* it. *im Stamm-Buche etc. p. 216. ſeq.* adde tamen SCHVRTZFLEISCHIVM *de antiqua Sax. dignit. p. 14. 15.* qui ex hoc potiſſimum fundamento ſententiam hanc erroneam refutat, quod nunquam Brena inter Vrbes Palatinatus ſede praeditas numerata inueniretur. Sed aliae adhuc adſunt rationes, nos hac in opinione confirmantes. Quod ſi enim Brena tempore Aſcaniorum Palatinatus fuiſſet ſedes, hanc ſane, non Alſtetum, vna cum eo Fridericum Bellicoſum obtenturum fuiſſe, dubium haud eſt. Imo, ſi habuiſſent iam Miſnenſes Alſtetum, non potuiſſet illis tanquam feudum nouum conferri, recens autem collatum id eſſe conſtat, quia tantum feuda noua in Friderici Bellicoſi inueſtitura data reperiuntur.

(10.) Qua

possumus habemus, Alstetum ratione suae dignitatis Palatinae Ascanios possedisse, asserere haud dubitamus. (10.)

§. XX.

Ne quis autem existimet, nudo solum Palatinos Saxon. officio praefuisse; necessitatis erit vt, nonnulla cum ipso iura fuisse coniuncta, ostendamus. Primum horum, et quod haud immerito praecipuum appellamus, erat, *vt inter Imperii Ordines numerarentur*, iisdemque, quibus ceteri in Imperio Principes, priuilegiis gauderent. Constituebantur ab Imperatore, qui ritu solenni beneficiario hanc ipsis dignitatem concedebat, illius solum imperium agnoscebant, nec, quidquam committentes poena dignum quod iudicabatur, coram alio quam eo delicti huius poterant postulari, a cuius et iudicio ipsis dein erat standum. Haud ignotum quidem est nobis, quosdam recentiorum in contrariam ire sententiam, sibique, Saxonicum aeque ac ceteros Palatinos Prouinciales Ducibus olim obtemperasse, ab iisque hac prouincia fuisse donatos, persuadere, sed falli hos admodum, nec vera, vti par est, profiteri,

(10.) Qua in sententia tuenda duorum Diplomatum nitimur fide. Primum horum Rudolpho II. Saxoniae Electori an. 1363. a Carolo IV. Imperatore ratione Saxon. Palatinatus est concessum, et sequentia continet verba: *Haben das Hauß Alstete zu rechten Erbleben gelieben, und leiben ihm das also, daß Rudolff Hertzog zu Sachsen, und alle seine rechte Erben, Mannes Geschlechte, das obgenannte Hauß Alstete und auch die Pfallentz von Sachsen mit dem Marckte daselbst zu Allstete mit allen Herrschafften, Lehnschafften, Mannen, Mannschafften, Eigen- und Eigenschafften, mit allen Gerichten, Gebieten, dem Landgerichte daselbst, mit allen Landen, Lüten, Marckten, Hüssern, Höfen, Dörffern, Ackern, VVassern, VVeyden, mit allem Holtze, VVildbahnen und Güthern, besucht und unbesuchte, etc.* Alterum complectitur concessionem eiusdem Alstedi, detracta tamen ei Palatina dignitate, Gebhardo XVII. Domino de Querfurt a Rudolpho II. Sax. Electore an. 1369. factam. Quas tabulas, quod integras Sectioni huic subiicere habemus constitutum, allegare hic superuacuum existimamus. Ceterum, haec ad fidem illis quae profitemur faciendam suffectura, certo nobis habemus persuasum. add. Literae inuestiturarum Friderici Bellicosi (quarum iam *supra* §. *XVI. not. 5.* fecimus mentionem) quae, idem Alstedum ad Nostros ab illis transiisse, ostendunt.

(1.) §. *VII.*

teri, iam ſupra prolixe ſatis a nobis eſt demonſtratum. (1.) Tantum enim abeſt vt illos inſtituerint Duces, qui ipſis quodammodo eſſent ſuperiores, omniaque perperam ab illis facta ad Imperatores deferrent, vt potius in ſuis prouinciis ſummam nanciſcendi poteſtatem allaborarint. Proximum ab hoc erat *Ius Comitiorum*, quod licentiam publicis Imperii conuentibus intereſſe, poteſtatemque ſuffragium in iis ferendi Noſtris tribuebat. (2.) Sic Fridericum I. Sommerſenburgicum, Saxoniae Palatinum, in Diplomate Henrici IV. de an. 1103. teſtem videmus adductum. (3.) Nec minus Fridericum II. Sommerſenburgicum, Comitemque Saxon Palatinum, cum Lotharius Imperator an. 1137. Bardeuici ad negotia Imperii publica expedienda commoraretur, cum aliis regni Principibus illo aduenisſe, ex Diplomate eiusdem Lotharii, die 16. Kal. April. dato, (4.) in quo nempe teſtium in numero habetur, apparet. Eundem etiam Fridericum Comitiis, anno 1157. Goslariae a Friderico I. celebratis, interfuiſſe notum eſt, et literae, in quibus Fridericus Henrico Leoni Comitatum Vtonis et Foreſtum in montanis Hartz donauit, teſtantur. (5.) Alias tabulas de Lothario, anno 1135. Bambergae conceſſas, profert TOLNERVS, (6.) quae itidem noſtrum inter teſtes numerant, eo tempore praeſentes. Idem de Friderico hac nobis probant duo illa Lotharii (7.) et Conradi III. Imperatorum diplomata, (8.) quorum illud in conuentu,

L Qui-

(1.) §. VII.

(2.) quod tamen Sec. demum XII. eos accepiſſe SCHVRTZFLEISCHIVS *Epiſt. 37. p. 45. Tom. I. exiſtimat.*

(3.) Extat hoc Diploma ap. TOLNERVM *in Codice Diplomatico Palatino p. 35.*

(4.) Continet hoc fundationem monaſterii in Siegeberg, et *ap.* MEIBOMIVM *in not. ad Chron. Comit. Schawenburg. p. 524. Tom. I.* reperitur.

(5.) quas exhibet MADERVS *in Antiquit. Brunſuicenſ. p. 117.* add. HEINECCIVS *in Antiquit. Goslarienſ. L. II. p. 157.* vbi earundem mentionem facit. Idem confirmant eae, quae a MADERO *d. l. p. 121.* de Friderico I. adducuntur, et Henricum Leonem attingunt.

(6.) *in Codice Diplomat. Palatino n. XLVII. p. 42.*

(7.) In quo priuilegia, negotiatoribus ciuitatis Quitelineburgenſis a ſuperioribus Imperatoribus conceſſa, roborantur. Profert hoc MADERVS *d. l. p. 130.*

(8.) Quod habet LINDENBROGIVS *in Collect. Scriptor. Septentrion. p. 155. edit. Hamb. de anno* 1706.

Quitilineburgi an. 1134. habito, hoc in Comitiis, an. 1145. Magdeburgi peftis, confectum, vt alia Diplomata, quae facili admodum negotio adduci adhuc poffent, fedulo omittamus. Licet autem haec ad afferendum, Comites Palatinos Saxoniae Ius Comitiorum habuiffe, fuffectura iam fciamus, non poffumus tamen quin DITMARI (9.) adhuc verba, quia dicta iam a nobis tantopere confirmant, cum fuperioribus coniungamus, dum ait: *Inde Merfeburg veniens* (fc. Lotharius an. 1136.) *fufceptus eft ab Haimone, Abbate, et a fideli fuimet Comite, Eficone etc. Huc conueniunt Archi-Epifcopi, Luitzo Bremenfis, et Gifilerius Magdeburgenfis, cum ceteris confratribus Rhotario Pathebu rnenfi etc. Ducibus autem Bernhardo ac Bolizlauo, cum Marchionibus Lothario et Gerone ac Palatino Comite Friderico aliisque quampluribus tam Epifcopis quam Comitibus.* Pudeat hic iterum eos, Comites Palatinos Saxon. miniftros et Landfasfios Ducum Saxon. olim fuiffe, qui aiunt: His enim in conuentibus Imperii publicis comparere haud concedebatur. Vltimum tandem obtinebat locum cura Iuris Saxonici, ob quam interpres et protector illius adpellabatur. Sunt itaque haec iura Comitum Palatinorum Saxoniae quibus olim cum aliis Palatinis Comitibus fruebantur, non multa quidem, attamen praeclara, ideoque non tam multitudine, quam grauitate fua dignitateque aeftimanda. Non quidem nos fugit, alia adhuc Iura Palatinis Saxoniae, quae vi fuae dignitatis olim habuiffent, tribui a nonnullis, fides autem ipfis an fit habenda merito dubitamus. Interim tamen haec paucis attingere poenitere nos non poteft. Contendunt primo, in controuerfiis atque caufis, Caefarem attingentibus, (10.) Saxonico Palatino aeque

1706. Confirmantur in eo pacta, inter Fridericum Archi-Epifcopum Magdeburgenfem et Hartwicum, Ecclefiae eiusdem Canonicum inita.

(9.) *L. V. p. 368. apud Ill.* LEIBNITIVM *Tom. I. Rerum Brunfuic.*

(10.) Intelligendum tamen hoc folum eft de ciuilibus, quae e. g. ex contractu, cum Principe vel priuato inito, oriuntur, et contra Imperatorem (quatenus hac dignitate gaudet) in prima, vt vocant, inftantia motae funt atque fufceptae. Non itaque caufae appellationis, fi forte quis ex Imperii Ordinibus vel in iudicio, vel extra

aeque ac Rhenenſi iudicandi poteſtatem olim competiiſſe. Sed quis non videt eos ſatis hic niti coniecturis. Praeterquam enim quod nec vllum ſane exemplum, in annalibus relictum, nobis adducere queant, ex quo, vſum fuiſſe hoc iure vnum ex Palatinis Saxoniae adpareat, nec quidquam etiam habent ex quo, hoc illis ius vnquam conceſſum fuiſſe, demonſtrent. Quidquid et hic nugetur Bodinus, (11.) loquitur tamen haec inſcitia rerum German. ductus, conſiliumque Henrico Galliarum Regi ſubminiſtrat, omni felici exitu plane deſtitutum. Melius itaque eſt, vt ſolum Palatinum Rhenenſem hoc iure gaudere, (12.) maxime cum hoc

 in

extra illud ab Imperatore fuit laeſus, vt male tamen ſentit HYPOLITVS a LAPIDE *de Rat. Status P. I. c. 5.* neque feudales, neque criminales, aut depoſitionis ad iudicium Palatini poſſunt deferri.

(11.) *de Rep. L. II. c. 6. n. 224.* merito ob id a CARPZOVIO, SCHÜTZIO et CRVSIO repraehenſus. Nec quidquam probant, quod tamen ſtudent, qui ex AVENTINI *Annal. Boi. L. VII. p. 451.* et GOLDASTI *Tomo vno Conſtit. Imp. p. 315. ſeq. ad A. 1297.* (vbi ſententia S. R. I. Archi Principum Elect. exauctorationis et depoſitionis Dn. Adolphi Rom. Reg. adducitur ſimulque de iure Elect. Palatini agitur) Albertum II. Sax. Elect. an. 1297. arbitrum a ceteris Electoribus et Principibus, vt diſſidia, inter eos et Adolphum Naſſouienſem quae intercedebant, componeret, ſumtum fuiſſe oſtendunt. Fuiſſe enim hunc caſum plane extraordinarium, ipſius AVENTINI verba *d. l.* teſtantur, dum ait: *Quippe Rudolphus Praefectus Praetorio Rheni, Rectorque Baioariae, cuius munus eſt veluti de querimoniis, aduerſus Caeſarem delatis, cognoſcere iusque dicere, ſententiam pronunciare, venire recuſarat.* Quod vltimum et ex HENRICI STERONIS, *Monachi Altahenſis, Annalibus ad an. 1300.* et aliis docet TOLNERVS *in Hiſt. Palatin. c. IV. pag. 134.* Accedit, quod non iudicis ſed arbitri munere fuerit functus Albertus. add. *Auctor Fecialis Europ. Part. I pag. 299.* HYPOLITVS a LAPIDE *de Ratione Status.*

(12.) Aſſentitur nobis SPECVLATOR SVEVICVS *L. II. c. 43. §. 6.* et *Ius F. Alem. c. XLII. §. 8.* vbi: *So die Fürſten den Künig wellent beklagen ob er wider Recht thut das ſollen ſie thun vor dem Pfaltzgraffen von Ryne. Die Ehre hat er vor andern Fürſten.* Idem vult *Ius VVeichbildicum L. I. art. 8.* et *Spec. Sax. Lib. III. art. 57.* conf. et HENRICVS REBDORFFIVS *in Annal. pag. 412. apud* FREHERVM *Tom. I. R. G.* FREHERVS *in Origg. Palatin. P. I. c. 15. pag. 131.* THVLEMARIVS *de Octouiratu c. 18. §. 18. ſeq. p. 247.* add. TOLNERVS *in Hiſt. Palatin. c. IV. p. 113.* et omnino SCHILTERVS *in Commentar. ad c. XLII. I. F. Alem. §. 28. p. 261. ſeq.*

(13.) Cap.

in A. B. (13.) soli ipsi sit confirmatum, dicamus. (14.) Tum etiam sibi persuadent, Serenissimum Saxoniae Electorem Vicariam potestatem, tempore interregni competentem, vi suae dignitatis Palatinae exercere. Haud nobis hic licet de opinione hac, inter plurimos eruditorum recepta, disserere, sed spectabimus potius occasionem, quam tertia Sectio est allatura, vbi demum, quo eam redarguamus, et ad recentiorum quorundam in ea seruanda factas obiectiones respondeamus, operam sumus daturi. Salua itaque est nostra sententia, praeter illa enarrata iura nec vllum amplius Palatinos Saxon. habuisse: quae summa tamen satisque idonea esse ad amplissimam horum dignitatem ostendendam tuendamque nemo sanus negabit.

## §. XXI.

Solos esse Palatinos ad Rhenum qui nomen Palatinorum Comitum ad hunc vsque diem conseruant, constat inter omnes. Quamuis enim duo Palatinatus, Saxoniae nempe atque Rhenensis, reliquis duobus absorptis, remanserint, dignitate quod hi ceteros longe, vti vidimus, superabant: (1.) titulo tamen vti Saxoniae Electores desierunt, vbi ad Fridericum Bellicosum dignitas Palatina cum Electorali est delata. (2.) In admirationem haec sane res omnes fere scriptores traduxit, vt, mentionem huius neglectionis

(13.) *Cap. V. §. 3.*

(14.) Competit tamen ipsi hoc ius non ideo, quod primum inter seculares Electores locum obtinet (quae nouitiorum quorundam sententia est) sed fruitur eo tanquam Rheni Palatinus Comes.

(1.) vid. FREHERVS *in Originibus Palatinis P. I. c. 3. p. 44.*

(2.) Ab anno nimirum 1422. GIOVANI *in Germ. Princ. l. d. p. 268.* ante haec tempora enim titulum Palatini semper Fridericus Noster adhibebat. confer. SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alb. III. p. 113. et 14.* literas adducens Friderici II. cognomento Placidi, in quibus nulla tituli tam Electoratus quam Palatinatus fit mentio. *et in Epist. eius 233. Tom. I. p. 321.* SCHVVEDERVS *in I. P. Part. Spec. sect. II. c. 7. §. 15. p. 783* PFANNERVS *de praecipuis Germ. gentibus Cap. 3. p. 123.* qui, Guilielmum I Coclitem, an. 1407. mortuum, vltimum ex familia Misnensi fuisse, vult, titulo hoc qui fuisset vsus: sed TENTZELIVS *in Bibliotheca Curiosa Tom. I. p. 1174.* Fride-

ctionis facientes, certi de hac quid ſtatuant ſe non habere, nec certas eius cauſas ſe adferre poſſe, ſponte ſua fateantur. Ipſe SCHVRTZFLEISCHIVS, (3.) rerum et antiquitatum Saxonicarum optimus omnium et diligentiſſimus inueſtigator, hanc materiam attingens, coniecturis potius nititur quam veritate ſcriptorumque fide. Huius ſententiam amplectitur GIOVANI, (4.) aliamque adhuc addit rationem. Omiſiſſe, inquit, Miſnenſes titulum Palatini exemplo aliorum Prouincialium Palatinatuum in Thuringiae et Baioariae regionibus. Sed infirmitatem eius facile intelligit vnusquisque. Thuringiae enim Palatinatum vnquam extitiſſe, tam antiquorum ſcriptorum ſententiae, quam omnium documentorum narrationi, ideoque ipſi veritati admodum repugnare, ſupra iam iuimus demonſtratum. Ad Bauaricum autem quod attinet; ipſi aſſentiri haud dubitaremus, ſi vel iisdem temporibus, vel ſaltem breui poſt, ex quo in deſuetudinem abierat in Bauaria, et in Saxonia eſſet neglectus. At enim vero, longe ante in illa Prouincia hoc eueniſſe, tantaque temporum inter vtrumque factum intercedere interualla, neminem fugit, vt alia, hac de ſententia adhuc quae eſſent monenda, praetereamus. In veras itaque atque genuinas huius rei cauſas inquirere nobis cum non ſit integrum, tan-

L 3 ta

Fridericum Simplicem, Friderici Bellicoſi conſobrinum (qui an. 1440. obiit) hunc titulum adhuc vſurpaſſe, cum iam Fridericus Bellic. eum omiſiſſet, ait, idque ex diplomate eius probat. *Add. eiusd. ſupplem. 2. ad Hiſt Goth. p. 283. 287. 290. 299. 301. 320. 323.* vbi varia hoc de Friderico exhibentur Diplomata, in quibus ſemper titulus Palatini Saxoniae occurrit, et quorum vltimum datum eſt an. 1438. Aliud de eodem adducit Dn. VVECKIVS *in Chron. Dresdenſ. p. 295. de A. 1420.* idem confirmans.

(3.) *d. l. p. 113. 14. Ceteroquin*, inquit, *vsque a Friderico Bellicoſo, Marchiones Miſniae, poſtquam Saxoniae Palatinatum, tanquam Electoratus Saxonici acceſſionem beneficiariam, ſuſceperunt, non vt iuri, quod ratione illius ex cap. V. A. B. ad Domum Saxon. pertinet, quodque etiamnum durat, ſe priuarent, aut inſignibus propter eum conuenientibus renunciarent, et quoquo modo derogarent, ſed quo vſui vulgari loquendi donarent, vt ſoli Principatui Rhenenſi nomen Palatinatus relinqueretur.* add. LEVIN VON AMBEER *d. l. p. 55. §. 20.*

(4.) *in Germ. Princ. de Saxon. p. 167. ſeqq.*

(5.) Con-

ta etiam accedat ſcriptorum, a ſe inuicem diſſentientium, multitudo; optime nos ſane eſſe facturos putamus, ſi hoc factum eſſe admiramur, rationes vero nos ignorare fatemur. (5.) Hoc interim certum eſt, aetate Friderici Bellicoſi ſcriptionis huius vſum in deſuetudinem abiiſſe, quam ex hac gente primus adhibuerat Henricus Illuſtris, (6.) Princeps, qui in acquirendis terris atque regionibus eadem fere cum Friderico hoc felicitate eſt vſus. Quae cum ita ſint; facile apparet, nullam habendam eſſe fidem iis Diplomatibus, quae a Friderico Bellicoſo eiusque ſucceſſoribus data dicuntur, in quibus tamen axioma Palatini Saxoniae praeter omnem conſuetudinem illorum temporum occurrit. Quamuis autem, quod non ignoramus, titulus huc vsque fuerit neglectus: tantum tamen abeſt vt eo tum ipſa dignitas Palatina, tum iura, ob hanc quae exercenda veniunt, ſint amiſſa. Primo enim omnes Electores a Friderico Bellicoſo ad noſtra vsque tempora de Saxoniae Palatinatu ſunt inueſtiti, vti et inaugurationes, et tabulae inueſtiturarum Friderici Placidi, (7.) Erneſti, (8.) Friderici Sapientis, (9.) Iohannis Conſtantis, (10.) Iohannis Friderici Infelicis, (11.) Mauriti,

(5.) Coniecturam quidem facere poſſemus, vidiſſe nempe Electores, dignitatem hanc Palatinam cum Electorali Saxonica tum ſub Aſcaniis iam, tum poſtea inueſtitura Sigismundi, Friderico Bellicoſo facta, tam arcte fuiſſe coniunctam, vt haud neceſsitatis eſſe iudicauerint, titulum eius ſeorſim adhibere, quippe qui iam ſub Electoris axiomate comprehenderetur. Sed, multa hic nobis obiici poſſe, haud dubitamus. vid. PAVL. HÖNN. *de Inſign. Sax. p. 33. ſeqq.*

(6.) SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l. p. 114.*

(7.) Quas, a Friderico III. Imperatore Aquisgrani an. 1442. datas, exhibet ALBINVS *in Chron. Mun. Tit. XVI. p. 215.* vid. HORTLEDERVS *Tom. I. Lib. IV. c. IX. ad n. 104. p. 1125. et Dn.* MÜLLERVS *in Annal. Sax. ad an.* 1428. 1434. 1443.

(8.) quae conceſſae ſunt ab eodem Friderico III. Neoſtadii an. 1465. vid. HORTLEDERVS *ib. et Dn.* MÜLLERVS *ad d. an.*

(9.) vid. Dn. MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad An.* 1521. *p.* 75.

(10.) Dn. MÜLLERVS *ibidem.*

(11.) Has, Maiorumque ſuorum literas, in omnibus conuenire cum diplomate inueſtiturarum, Friderico Bellicoſo ab Imperatore Sigismundo dato, ipſe fatetur Elector, Iohannes Fridericus, in ſcripto contra Henricum Brunsuicenſem ap. HORTLEDERVM *Tom. I. L. IV. c. 22. n. 43. p.* 1474.

(12.) Hu-

riti, (12.) Augusti, (13.) reliquorumque Serenissimorum Saxoniae Electorum testantur. Satis nos sane haec docent, non reliquisse, nec inter amissa numerari ius suum Serenissimos Sax. Principes voluisse, quippe qui, renouationem beneficariae concessionis legitimo tempore nunquam non impetrantes, illud conseruarunt. Si enim certum est, restauratione illius non petita, feudum amitti; (14.) necesse sane erit, vt, obtenta hac illud retineatur. Tum probant hoc etiam insignia Palatina, in quibus vtendis retinendisque tum Fridericus Bellicosus, tum eius successores ad nostra vsque tempora soliciti semper sunt reperti. (15.) Non alia autem omnino ex ratione Serenissimi hi Principes ad ea perpetuo adhibenda sunt adducti, quam vt eo omnibus declararent, quantae

sib.

(12.) Huius inaugurationem, an. 1548. d. 24. Febr. Augustae Vindelicorum factam, descriptam vide *ap.* HORTLEDERVM *Tom. II. lib.* 3. *c.* 85. *p.* 916. *seq.* et SCHARDIVM *Tom. II. Rerum Germ. p.* 503. vbi MAMERANI scriptum de ea exhibetur. Ex hac autem docemur, et Palatinatum Saxon. ei feudi lege esse concessum. add. SLEIDANVS *de Statu Relig. lib.* 20. *ad A.* 1548. *p.* 624. et Dn. MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad an.* 1548. *p.* 109. *seqq.*

(13.) Exhibet has, anno 1566. a Maximiliano II. Augustae Vindelicorum concessas, CARPZOVIVS *in Commentario ad A. B Tit.* 30. *quaest. I. n.* 30. add. SCHILTERVS *in I. P. Tom. II. Tit. XIX.* §. 41. *p.* 302. et Dn. MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad dict. an. pag.* 139. qui iisdem solennitatibus actum inuestiturae eius, quibus Mauritii, esse absolutum refert. Ceterum, et subsequentes Serenissimos Saxoniae Electores inuestituram de Palatinatu Saxoniae quaesiuisse et impetrasse, nullum sane est dubium, et ex petitione, de feudorum renouatione a Ioh. Georgio III. ann. 1687. per legatos facta, satis apparet, quam exhibet Dn. MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad d. an. p.* 562. Imo *Auctor der Vnpartheischen Erinnerungen über die an.* 1709. *publicirte so genannte gründliche Nachricht: Was es mit dem Burggrafthum Magdeburg in alten Zeiten vor eine Bewandniß gehabt, und noch habe. pag.* 14. *n.* 47. nos confirmat, literas inuestiturarum, anno 1708. POTENTISSIMO POLONIARVM REGI et SERENISSIMO SAXONIAE ELECTORI, FRIDERICO AVGVSTO datas, eodem, quo DIVORVM EIVS MAIORVM modo esse adornatas.

(14.) 2. *F.* 40. 2. *F.* 55. *pr.* ROSENTHALIVS *de Feudis c. XI. p.* 380. *seq. Concl.* 17. cuius rubrica: *ob neglectam inuestituram feudum amissum cui cedat.* vid. VULTEIVS *de F. Lib. I. c. XI. n.* 60. *et* 71. *p.* 730 *seq. et* 741.

(15.) SCHWEDERVS *in I. P. Part. Spec. Sect.* 2. *c.* 7. §. 15. *p.* 784. add. §. *seq. huius Sectionis.*

cete-

ſibi haberent curae vt tum ipſam dignitatem hanc Palatinam, tum iura, cum ea coniuncta, ſarta ſemper ſeruarent tectaque, haud quippe ignari, quod magnum horum in vſu poſitum ſit momentum. (16.) Dein ex iis, quae ſupra attulimus, notum eſt, Aſcanios quoque Electores, quos reuera tamen fuiſſe Saxoniae Palatinos nemo dubitat, per longum temporis ſpatium axioma hoc non adhibuiſſe, primumque ex illis fuiſſe Wenceslaum, eo qui vti coepit. Nihil tamen haec impediuere, quo minus omnia relicta ipſis fuerint ſalua, quia in inueſtiturae renouatione petenda, et inſignibus non dimittendis nullo non tempore ſoliciti inueniebantur. Tandem et alia multa exempla, ex quibus, non nocuiſſe tituli omiſſionem, apparet, adduci poſſunt. Sic Albertus II. Rudolphus I. et II. itemque Wenceslaus nunquam, Rudolphus III. vero, eiusque frater Albertus, omnes Saxoniae Electores, raro admodum titulo Electoris ſunt vſi, *(17.)* quos tamen hac dignitate fuiſſe gauiſos, literae eorum inueſtiturarum neminem dubitare ſinunt. (18.) Nec minus Fridericus Bellicoſus eiusque filius, Fridericus, Placi-

Ceterum notandum hic eſt, Albertinam lineam, antequam ad eam dignitas electoralis deferebatur, inſignibus ſolum non aeque titulo vſam fuiſſe. *Vid.* DN. WECKIVS *in Chron. Dresd. p.477.* GEORG. PAVL. HÖNN *de Inſign. Sax. p.247.* adducentes Sigillum Georgii, cognomento Barbati Saxoniaeque Ducis, ex quo ea quae diximus confirmantur.

(16.) Quantum hodierno aeuo ei tribuatur, neminem fugit, et exempla quotidiana declarant, quando eo tot iura, in alias terras acquiſita, maxima ex parte conſeruari videmus.

(17.) HORNIVS *de Burggrau. Magdeb. pag. 31. ſeq.* multa, quae hoc probant, adducens Diplomata. Nullam itaque merentur fidem eae tabulae, quas MELCHIOR GOLDASTVS *in Politiſchen Reichs-Handlungen P. I. ad an. 1291. p. 2.* Alberto Aſcanio tribuit, titulum enim Electoris in iis inuenimus. Notat ob id etiam SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l. p. 114.* BROTVFFIVM *in Chron. Anhalt. lib. IV. pag. 113. 118. et L. V. pag. 140.* Bernhardo Aſcanio, Alberti Vrſi filio, axioma Saxoniae Electoris, et primi quidem, tribuentem. add. *eiusd. Epiſt. 37. Tom. I. p. 35.* in qua, ante Sec. XIV. nomen Electoris in literis inueſtiturarum non occurrere, contra ALBINVM oſtendit.

(18.) adde duas illas Caroli IV. Bullas, de Iure Electurae Sax. diſponentes (Metenſem nempe, Rudolpho II. ſiue iuniori anno 1357. datam, et Francofurtanam, quam VVen-

Placidus, Sacri R. I. Archi-Mareſchallos ſe ſcribere erant contenti, (19.) vsque dum Erneſtus (20.) cum axiomate Archi-Mareſchallatus Electorale coniungeret, quem et ceteri Electores ſequebantur. Vt ab eo demum tempore haec ſcribendi ratio perpetuo ſit ſeruata. Nec quenquam fugit, Sereniſſimos Saxoniae Electores, Misnenſes, Burggrauios Magdeburgicos ſe appellare ad Iohannis Friderici Infelicis tempora vsque intermiſiſſe, (21.) cum tamen Fridericus iam Bellicoſus hanc dignitatem vna cum Electoratu genti ſuae acquiſiuiſſet. Sicuti autem aliis Principibus nullum titulorum omiſſio adferebat detrimentum: ita et Noſtris haud poterat obeſſe, quo minus et ipſam dignitatem et iura ei

M anne-

VVenceslao an. 1376. conceſſit) adductasque ab HORTLEDERO *de C. B. G. Tom. I. L. IV. c. 23. n. 50. et 51. pag.* 1500.

(19.) vid. LVNIGIVS *l. d. P. Spec. Contin.* II. *pag.* 208. 211. 217. 243. et 763. Diplomata de Friderico Placido adducens, quae fidem faciunt noſtris aſſertis.

(20.) SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alb. III. p. 112.* vbi inquit: *Cum vero omnes ſciant, id ſaluo iure atque omni dignitate, quae ratione Electoratus conuenit, intelligi, et luculenter alioqui tabulis Caeſarearum inaugurationum confirmari; tum huc attinet obſeruari, ipſos etiam Saxoniae Duces non Aſcanios, qui ab Conrado Timonis filio, deſcendunt, illius ſcribendi moris haud fuiſſe immemores, et Fridericum I. Bellicoſumque, filium huius Fridericum Placidum fere contentos fuiſſe ſcribere ſe Sacri Imperii Archi-Mareſchallos, donec Erneſtus vtrumque titulum Archi-Mareſchalli Electorisque coniungeret, atque ab eo tempore haec ſcribendi ratio atque conſuetudo firma ſtabilisque permaneret.* vid. LVNIGIVS *l. d. P. Spec. P. II. p. 7. et 10 et in Continuat. II. ad eandem P. Spec. p. 236. 237. 246. et 47. et 768.* vbi varias tabulas, Electoris titulum continentes, inuenimus.

(21.) Primus, qui ex Misnenſibus titulo et inſignibus Magdeburgicis an. 1538. eſt vſus, tum aliis tum his potiſſimum ex rationibus adductus. Intelligebat nempe, omiſſionem horum ſibi fraudi eſſe incipere, aliosque, hanc occaſionem arripientes, iura huius Burggrauiatus vt ad ſe traherent, allaborare. Albertus quidem, Magdeburgenſis Archi-Praeſul, Noſtro, tam ſtrenue tum haec, tum alia vindicanti, ſe opponebat, fruſtra tamen, nec vlla ratione hoc poterat impedire. vid. *Reſcriptum S. R. I. Electorum Principum, et Statuum Proteſtant. de iniuſtis proceſſibus Iudicii Camerae Imperial. de an.* 1538. *ap.* GOLDASTVM *Tom II. Conſtitt. Imper. p.* 170. *ſeq. et Decretum Comitiorum Imperialium Francofordenſium de an.* 1539. *ap. eund. Tom. III. p.* 562. *ib.* in vtroque enim titulo Burggrauii Magdeburg. vti-

cur

annexa; quae et contra Archi-Episcopos Magdeburgenses strenue semper defendebant, integra retinerent, maxime cum illam feudi lege, et quidem sub vexillo, sibi concedi semper curarent. Plura adducere argumenta nullius vtilitatis nobis esse videtur, satis enim haec valida existimamus ad ostendendum, nihil offecisse olim, nec nostris temporibus obstare tituli omissionem iuribus, quae hodie competunt Saxoniae Palatinis. Ceterum de loco, quem Palatinum axioma inter cetera tum apud Ascanios, tum antea obtinuit, nihil certi determinare nos posse fatendum est nobis. (22.)

## §. XXII.

Dum in eo nunc demum sumus capiti huic vt finem imponamus; incumbit sane nobis de insignibus, quibus Serenissimi Saxoniae Duces, ratione dignitatis Palatinae vtuntur, adhuc disserere pauca. Duplicem in his contineri videmus aquilam, quarum vna in scuto coeruleo, (1.) coronam in capite habens, (2.) alte-

tur Ioh. Fridericus Saxon. Elector. add. HORTLEDERVS *l. d. Tom. I L. V c. 5. p.* 1985. OLEARIVS *in Halygraphia p.* 259. *Dn.* MÜLLERVS *in Annal Sax. ad an.* 1538. *p* 92.

(22.) In quibusdam enim Diplomatibus primum post Ducatus, in aliis vltimum inter omnes titulos obtinet locum. In nonnullis iterum tum titulo Electoris et Archi-Mareschalli, tum axiomati Burggrauii Magdeburg. et Comitis Brenensis praepositus inuenitur. Quae omnia variis ex tabulis antiquis, ex Curia oppidana VVittenbergensi desumtis, et *Diss. de Burggr. Magdeb. a Dn.* HORNIO insertis, apparent. Ceterum ex his satis docemur, nullum plane olim habitum fuisse ordinem titulorum, maximeque ideo eos decipi, qui ex iis quidquam demonstrare allaborant. conf. omnino EYBENIVS *in Diss. de Titulo Nobilis* §. 7. 8. *et* 45. *p.* 823. *seq. et p.* 855. *seq. Edit. Hertianae.* dicta a nobis exemplis haud paucis illustrans atque confirmans.

(1.) Quod multi tamen viride esse volunt; sed falli eos ostendit SPENERVS *in P. Spec. Proleg. de Insign. Dom. Sax.* . 13.

(2. vid. MENCIVS *im Stamm-Buche des Hauses Sachsen*, vbi Palatinatus Sax. insigne hanc esse addit, aliamque adhuc aquilam corona ornatam galeae, id quod maxime miramur, imponit. Interim notandum hic est, coronam hanc in insignibus Palatinis quandoque desiderari. Sic in monera Friderici, Alberti et Iohannis, Saxoniae Ducum, anno 1500. cusa, vtraque aquila sine corona apparet. Idem probant

cae

altera haud coronata (3.) in nigro (4.) exiſtit collocata, vtraque tamen aurea (5.) expenſaque apparet. Harum ex aquilarum diverſitate, duplicem qui fingunt Palatinatum, Thuringicum nempe ac Saxonicum, erroneam ſuam ſententiam declarare atque confirmare ſunt annifi, illa Saxonicum, hac Thuringicum denotari contendentes. Nos ſane, vera vt fateamur, non ſatis poſſumus mirari, nec vllo nobis perſuadere modo, qua ratione ſit fa-

M 2 ctum

eae, quas Fridericus, Georgius et Iohannes, Sax. Duces, an. 1500. et filii Iohannis Friderici Senioris an. 1551. cudi curarunt. vid. de his SLEGELIVS *in Schediaſmate de nummis antiquis Salfeldenſibus*, alias adhuc adducens, in quarum nonnullis corona cernitur, in aliis vero plane abeſt. De duobus Io. Fridericis, Seniore nempe et Iuniore, duo Sigilla affert HÖNN *de Inſign. Dom. Sax. p. 295. et 299.* quae itidem duas aquilas, corona carentes, oſtendunt, quod et in Mauritii, Sax. Electoris, typario, quod habet DN. WECKIVS, *d. l. p. 480.* invenimus. Putat quidem SPENERVS *d. l. §. 13.* incuriae ſculptorum hoc eſſe tribuendum, ſed, fides hac in re an ipſi ſit habenda, merito dubitamus. Recte tamen optimoque iure notat tum IOH. IAC. CHIFFLETIVM, *in libro de Inſignibus Gentilitiis Equitum ordinis Velleris Aurei, n. 96. §. 2. p. 19. 60.* falſo ſibi perſuadentem, Anhaltinum Principatum ea aquila, quam Sax. Palatinatus inſigne eſſe volunt, denotari, tum alios, cum Burggrauiatus Magdeb. inſignibus eam confundentes.

(3.) ALBINVS *in Chron. Miſn. Tit. XV. p. 193. et 423.* it. *im Stamm-Buche, pag. 216. 17.* *et* MENCIVS *l. d.* qui pro Thuringici Palatinatus inſignibus hanc aquilam venditat. add. PAVL. HÖNN *d. l. pag. 36. ſeq.* ex antiquo inſignium pictorum Codice, quem Vinarienſe Tabularium ſeruat, hoc probans. SLEGELIVS *in Diſſ. de nummis antiquis Gothanis p. 30.* vbi ſimul contendit, ſe in Sigillo Friderici Balbi, Miſniae Marchionis, quo an. 1278. et 1289. hic vſus, inſigne Palatinatus, aquilam nempe, corona vero deſtitutam, primum deprehendiſſe. Huius tamen vſus iterum vsque ad VVilhelmi Diuitis, Miſniae Marchionis, tempora fuiſſet intermiſſus, qui eandem in Sigillo ſuo an. 1410. et 17 rurſus adhibere coepiſſet. Ab eoque demum tempore perpetuo a Marchionibus Miſniae haec retenta, et inter cetera inſignia fuiſſet numerata.

(4.) SPENERVS *P. Spec. Proleg. de Inſign. Dom. Sax. pag. 14. §. 16.* HÖNN *d. l. pag. 36.*

(5.) SPENERVS *d. l. p. 12. §. 13. et p. 14. §. 16.* it. PAVLVS HÖNN *l. d. p. 32. et 36.* Diuerſas ceterum opiniones, quas diuerſi de aquilae corona ornatae colore habent, refutat SPENERVS *d. l. §. 13.*

(6.) §. XIV.

ctum vt tot viri, summa alias eruditione praediti, nouum et a Saxonico distinctum Palatinatum ex horum solum insignium contemplatione statuere, sint adducti, nisi forte coniecturis indulgere volumus, vnum ab altero, nemine in veram eorum originem inquirente, fuisse seductum. Non opus nobis esse videtur, in errore hoc, nullo tempore Thuringiae Palatinatum extitisse, refutando, cum *supra* (6.) iam satis hoc prolixe a nobis sit factum, operam adhuc semel collocare, ideoque in eo solum sumus soliciti, vt, vtramque aquilam Saxonici esse Palatinatus insigne, ostendamus, simulque caussas, ex quibus euenerit vt, cum vna antea solum in insignibus Palatinis Saxon. aquila deprehenderetur, nunc duae demum in iis occurrant, inuestigemus. Antiquissimis non solum temporibus, cum dignitas haec apud Gosecenses et Sommersenburgicos adhuc esset, sed et longe demum post, hac iam ad Misnenses (7.) a Thuringis delata, vnam solum aquilam, corona destitutam, insignia Palatina ostendebant. Postea vero quam Rudolphus I. Imperator a Misnensibus illam auferebat, Ascaniisque concedebat; mutatum esse quidquam in iis reperimus. Misniae enim Marchiones, tali officio, quod summo tamen iure a se possideri sciebant, se priuatos esse intelligentes, aegre non solum hoc ferebant, sed et omnibus viribus, quo illud recuperarent, allaborabant. Imperator, tantopere Misnenses eo commotos videns, quo tandem eos placaret, potestatem, titulo et insignibus Palatinis vti antea ita et inposterum vtendi, ipsis concedere necesse habebat. Hinc

(6.) §. *XIV.*

(7.) Confirmant hanc nostram sententiam typaria Friderici Balbi, VVilhelmi Diuitis et Friderici Simplicis, Misniae Marchionum, quae an. 1278. et 1289. it. 1410. 1417. et 1420. hi vsurparunt. In his omnibus enim vna solum aquila, eaque sine corona, reperitur. Idem conspicimus in Sigillo, quo Fridericus Bellicosus anno 1420. cum nondum dignitatem Electoralem accepisset, est vsus. Vt certum itaque sit, ad Friderici Bellicosi tempora vsque, vbi demum Electoratum Misniae Marchiones obtinuere, simplicem hos solum aquilam, nec coronatam, in suis insignibus atque monetis adhibuisse. vid. de Sigillis his DN. WECKIVS, *d. l. p. 597.* SLEGELIVS *in Diss. de nummis antiquis Gothanis pag. 29.* Nec silentio hic est praetereundum, Saxoniae Electores atque Duces, Misnenses, certis temporibus vnam solum aquilam,

Hinc fiebat, vt Misnenses quidem vna cum Ascaniis axioma Palatinum aeque ac insignia adhibendi libertate, hi vero soli iuribus, illi dignitati inhaerentibus, gauderent. Sicuti autem Ascanii Rudolphi I. beneuolentiam atque fauorem saepius iam erant experti: ita et nunc declarare hunc iis Rudolphus haud intermittebat, maximaque eius cura in eo solum consistebat, vt tum in ceteris rebus, tum et insignibus praerogatiuam prae Misnensibus Ascanii haberent, et, inter vtrosque discrimen adhuc intercedere, videri posset. Quod autem consilium semel susceptum vt expleret, scutum Palatinum Ascaniorum antea nigrum, et cum Misnensibus commune, in coeruleum mutabat, ipsam vero aquilam corona ab altera distinguebat. Nihilo tamen minus vtraque insignia ad Saxoniae Palatinatum pertinebant, nisi quod illis Misnenses, his Ascanii vterentur. Redeunte autem tandem Palatina hac dignitate ad Fridericum Bellicosum, et insignia, quae Ascanii illius causa gerebant, ad Nostrum deferebantur, qui pristina retinens, et cum recens acceptis coniungens, ex eo demum tempore duplicibus insignibus vti incipiebat. Tantum tamen abest vt felix haec insignium coniunctio successoribus eius displicuerit, vt potius cupidi semper fuerint atque soliciti in ea seruanda. Vera haec est origo et causa, duplicem in insignibus Palatinis deprehendi aquilam, vt itaque deceptos eos, et frustra laboriosos videamus, qui, Thuringiae Palatinatum quo ex iis demonsttent, tantopere annituntur.



lam, eamque corona modo auctam, modo vero ea destitutam, suis insignibus et Sigillis Palatinatus Sax. causa inseruisse. Illud probat Sigillum Io. Ernesti. Ducis Saxoniae (qui mortuus est an. 1553.) *ap.* HÖNN *d. l. p.* 285. Hoc vero nobis ostendunt typaria Friderici Bellicosi, Friderici Placidi, Alberti, Georgii Barbati, Iohannis Constantis, et Augusti, Saxoniae Electorum et Ducum. vid. de his HÖNN *d. l. pag.* 231. *p.* 248. DN. WECKIVS *d. l. p.* 22. *et p.* 477. SLEGELIVS *de nummis Salfeld. etc.* Denique etiam notari meretur, vtraque quidem aquila, sed nulla tamen earum existente coronata, hos quandoque fuisse vsos. Testatur hoc in primis sigillum Mauritii Electoris *ap.* DN. WECKIVM *d. l. pag.* 480. et de quo iam mentio in *not. 2. ad b. §.* est facta.

*Kauf- und Lehn-Brief, Krafft welchen nicht allein Churfürst Rudolff, Wentzlaw und Albrecht Gebrüdere und Vettern, Hertzoge zu Sachsen, Herren Gebharten von Querfurt, das Hauß Alstett, ausgenommen die Pfaltz Sachsen und das Kloster Sittichenbach, verkauffen, sondern auch gedachter Churfürst den Kaufer damit belehnet, und ermeldte dessen Bruder und Vetter in die Belehnung ihren consens ertheilen.* an. 1369.

*WIr Rudloff von Gotis Gnaden Hertzoge zu Sachsen, zu Angern und zu Westphalen, Pfalentz-Graue zu Sachsen, Graue zu Brene, und des H. R. Richs Ertzmarschalck, Wentzlavv, unser Bruder, und Albrecht unser Vetter, von denselben Gnaden Hertzoge zu Sachsen, bekennen offentlich mit diesem Brieue allen den, die en sehen odir hören lesen, daß vvir eyntrechtiglich vorkaufft haben recht und redelich dem Edlen, unserm lieben Getreuen, Ern Gebeharden von Quermfurde, Herrn doselbist, und synen Erben, unser Hus Allstete, mit allen Zugehorungen, mit allen Nutzen, mit allen Rechten und mit allen Gevvonheiten, vvie die Namen mögin gehaben, ydoch usgenommen die Pfalantz Grauschafft zu Sachsen, und unschedelich vns und unsern Erben, nachkommenden Hertzogen zu Sachsen, an derselben Pfalantz-Grauschafft zu Sachsen, und unschedelich denen von Quermfurde, an dem Hus Alstet, und synen Zugehorungen, auch nemen vvir us das Closter Sickinbech, und vvir vorgenanter Rudolff, Hertzoge zu Sachsen, haben mit Willen und Rote unsers Brudern, Hertzogen Wentzlavvs, und Hertzogen Albrechtes, unsers Vettern, den egenanten Ern Gebeharden von Quermfurde belehend mit den egenanten Huse Allstet und synen Zugehorungen zu rechten Lehen, und beliben on mit Craft diz Brives, und vvollen die Lehn desselben Husses sinen Erben halden, on Argelist. Und Wir Hertzoge Wentzlavv und Hertzog Albrecht bekennen, daß alle vorschreben Rede mit unsen guten Willen geschen syn: und vvollen die stete und gantz halden. Wue auch daß der egenante unser Bruder und Vetter, Hertzog Rudolff abeginghe, do Gott vor sie, so vvollen Wir demselben von Quermfurde, und sine Erben belehenen, vven yn des nod tut, und sie des bedürffen, und derselbe von Quermfurde, und syne Erben sullen vns and vnser Erben, nachkommenden Hertzogen zu Sachsen, von denselben Huß Alstet und synen Zugehörungen, getruvvelich dienen, als sie vns durch Recht pflichtig sin zu dienen. Des zu Verkunde,*

*kunde, daß Wir alle dese vorschreben Stücke stete und gantz on Argelist halden vvollen, haben Wir yn desen Briff geben, besegilt mit unsern angehangen Ingesigel, nach Gotis Geburd Dritzenhundert Iar, dornach in dem Nun und sechzigesten Iar, an Send Iacobi tage des heiligen Apostelen.*

*Keyser Carls IV. Lehn Brief, Friedrichen, Balthasarn, Ludwigen und VVilhelmen Gebrüdern, Landgrafen in Thuringen, über die Pfaltz-Grafschafft Lauchstedt, und des Reichs-Oberste Jägermeister-Ambt ertheilet. 1350.*

*Wir Karl von Gots Gnadenen Romischer Kunig zcu allenn tzeiten Merer des Reichs und König zcu Behem, veriehen und thun kund offenlich mit diesem Briev allenn den die in sehen, hören oder lesen, daß Wir mit vollen Rate und vvolbedachten Mute, dabey gevvesen sein unser Bischoff, vil Fürsten und Herren, und auch in vnnsern Dyademen und andern Regalien gesessen haben gegerbit als eyn Römisch Köning zcu rechte sitzen sol, den Hochgebornen Friderich Balthasar Ludvvigen und Wilhelmen Gebrüdern Lant-Grauen zcu Döringen, Marc-Grauen zu Meißenn, in dem Osterlande und zcu Landsperg, Grauen zcu Orlamünd und Herrn des Landes zcu Plyssenn, vnsern lieben Oheimen und Fürsten liehen die Phallantz Grafschafft zcu Lauchstete mit allen Herschafften und Ampten, domit dieselbe Pfallantz Grafschafft gevvirdet, geeret, und uzgesatzt ist von Alter by Namen mit Manschafft, Lehen, Geistlichen und wertlichen, mit dem Banne, das man nennet Obirst Gerichte mit allen Banstülen, die von Alder der egenanten Pfallantz-Grafschafft geschafft und ußgegeben sin, mit allen Strazzen, Geleyten, Zollen, Müntzen, Iüden, Merckten, Dörfern, und Margrichten, mit allen Bergwercken, die in Gott beschert und Namen gehaben mügen, versucht und unversucht, bi Namen mit allen Wiltpanen, als des Römischen Reichs Obirster-Iegermeister, und die Folge der Iayt uf allen Welden in derselben Pfallantz Grafschafft und andern finen Ummesessen die Volge zcu weren uff sinen Höltzern, Försten, Heiden und Welden, und sonderlich die Tzolle und Geleite uff flyssenden Wassern, darnach Welde, Holtz, Förste, Heiden und Strücken, mit Wild Zydil-Weyde, mit Fischerie, fliessenden und unbeflossenen Wassern, und gemeynlich mit allen Ehren, Wirden, Nutzen, Friheiten, und iren Zugehornden, als dieselbe Pfallantz-Grafschafft der Achpare Fürste Fridrich seliger ie Vater und*

*und ander je Vorfaren, den Got gnade, von den heiligen Römischen Reich behalden und erworben haben von unsern Kenglichen Gnaden, und geligen haben ewiglich zu besitzen zu rechten Fürstlichen Lieben. Wenn auch die vorgenanten Balthasar, Ludewig, und Wilhelm, unser Oheimen und Fürsten bie uns zcu diesemmal von andern Hindernizzen nicht gewest sein, und mit irn eldesten Bruder Fridrich, dar tzen Iar ir Vormunde sein sol, dieselben Leben nicht enpfangen haben, doch von unser Kunglichen Macht und Gewalt so senden und langen wir den egenanten dryen Fürsten, unsern Getrüwen, die mergenante Pfallantz-Grafschafft mit all iren Zugehörenden, als vorgeschriebenne stet an diesen Brieff mit samt irem Bruder zu rechten Leben, als die Sachsen sie gen Künig Karl unsern Vorfarn behalden haben, und irfüllen in allen Gebrechen von Künglicher Gewalt, der sie daran von Rechtswegen gehindern möchte, untz daß Sie selben ie Leben von Uns empfahen mügen. Mit Vrkunde dises Brives versigelt mit unsern Künglichen Ingsigel, der geben ist zu Budissen nach Christs Geburt Dritzehinhundert und dornach in den funffzigsten Iar des nechsten Dornstags nach Inuocauit, im fierden Iar unser Reiche.*

*Ein Brieff, wie König Rudolff Hertzog Rudolffen, die Grafschafft Brent gelieben hat.* 1290.

RUdolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniuersis Sacri Imperii Romani fidelibus praesentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Licet nostrae Celsitudinis munificentiam ad cunctos Imperii Principes et fideles extendere teneamur, maxime tamen dictante stimulo naturali nostram prolem tenemur vberius praeuenire gloria et honore, hinc est, quod ad vniuersitatis vestrae notitiam tenore praesentium volumus peruenire, quod Comitias seu Comitatus in Bren et in Witthin, et omnia alia Feoda, nobis et Imperio vocantia, et vacantes ex morte nobilis viri, quondam, Ottonis Comitis de Bren, Illustri Rudolpho, filio, Illustris Alberti Ducis Saxoniae principis, et filii nostri dilecti, ex Regali beneficentia, duximus conferenda. In cuius rei testimonium, hanc literam conscribi, et nostrae Maiestatis Sigillo iussimus communiri. Datum Erfordiae pridie Kalend. Septembris, Indict. Tertia, Anno Domini 1290. Regni vero nostri, anno Septimo decimo.

*Künig*

*König Rudolphs Brief, darinnen Grefin Elisabet von Brehne die Herschafft Brehne Hertzog Rudolphenn von Sachsen übergibt. an. 1290.*

NOs RudolphusDei gratia Romanorum Rex semperAugustus ad vniuersorum notitiam volumus peruenire, quod Illustris Elisabet Comitissa de Bren princeps nostra Karissima coram nostra Celsitudine constituta presentibus Venerabilibus Rudolpho Salezburgensis Ecclesiae Archi-Episcopo et Arnoldo Bambergensis Ecclesiae Episcopo principibus nostris charissimis et nobili viro Friderico Burggrauio de Nürmberg dilecto nostro fideli, donauit et dedit libere et solute Illustri Rudolpho, Illustris Alberti Ducis Saxoniae filii et Principis nostri charissimi, filio nepoti et principi nostro charissimo omnia bona et proprietatem omnium bonorum vacantium sibi et descendentium ad eam iure hereditario ex morte Illustris quondam Ottonis Comitis de Bren, filii sui, siue donatorum sibi per praedictum suum filium dum viuebat, adhibita omni solennitate iuris, quae solet et potest in donationibus seu largitionibus adhiberi. In cuius facti testimonium has litteras exinde conscribi et sigilli nostri et dictorum Rudolfi Salezburgensis Archi-Episcopi, Arnoldi Bambergensis Episcopi, Elisabet Comitisse de Brehn, et Friderici Burggrauii de Nürmberg, sigillorum munimine fecimus communiri. Nos quoque Rudolfus Salezburgensis Ecclesiae Archi-Episcopus, Arnoldus Bambergensis Ecclesiae Episcopus et Nos Fridericus Burggrauius de Nurmberg, quia praedictis omnibus interfuimus nostra Sigilla praesentibus duximus apponenda. Nos etiam praedicta Elisabet Comitissa de Brehn, profitemur quod praedictam donationem libere fecimus, prout superius est expressum et nostrum Sigillum praesentibus apponentes supplicauimus praedicto Domino nostro Regi Archiepiscopo Episcopo et Burggrauio supradictis quod sigilla sua appenderent, vt praedicta donatio siue largitio quod per nos rite facta maneat in conuulsa. Datum Erfurdiae IIII. Kal. Iulii. Indictione Tertia. Anno Domini M. CC. LXXXX. Regni vero nostri Rudolphi Romanorum Regis anno septimo decimo.

N SECTIO

# SECTIO SECVNDA

DE

# OFFICIO ARCHIMARESCHALLI IN IMPERIO.

Σύνοψις.

§. I. *Ostenditur, originem quatuor Archiofficiorum non Germanis, sed Romanis esse tribuendam. II. Repraesentat conditionem eorum in aula Francorum. III. Statum sub Imperatoribus Teutonicis. IV. docet, qua ratione ad Archiofficiales solos electio Imperatoris peruenerit. V. Quo tempore ambulatoria haecce Archimunera esse desierint. VI. de Origine, antiquitate et dignitate Archimareschalli agit. VII. Quis primus iure hereditario hocce munus obtinuerit, et quando ad Ascanios peruenerit. VIII. Quando ad Serenissimos Saxoniae Electores Misnenses transierit. IX. Transitus fit ad iura, quae vi dignitatis Archimareschalliae veniunt exercenda. X Iura, quae eo tempore quo eligendus est Imperator Archimareschallo competunt, adducuntur. XI. Quae tempore Coronationis Caesareae ipsi sint peragenda tradit. XII. Agit de Iuribus Archimareschalli in Comitiis. XIII. Speciatim de Iurisdictione, Archimareschallo in iis competente. XIV. Ostendit iura illius in expeditione bellica. XV. Asseritur Archimareschallo ius in Buccinatores et anacaristas. XVI. Complectitur priuilegia alia, ad Archimareschallum adhuc pertinentia. XVII. Quo tempore axioma Archimareschalli in Diplomatibus adhiberi coeperit declarat. XVIII. Insignia Archimareschalli tradit atque exponit.*

§. I.

## §. I.

Haud nobis sententia displicet eorum, qui officia illa quatuor Palatina, quibus Serenissimi Principes, Bohemus nempe, Palatinus, Saxo et Brandenburgicus, nostris temporibus ornati existunt, non ab ipsis Germanis (1.) vel Francis (2.) inuenta, sed a Romanis (3.) atque Byzantinis Imperatoribus, in quorum aulis (4.) nota iam haec erant cognitaque, putant esse deducenda. Praeterquam enim quod in eadem, qua hodierni, dignitate erant constituti, ceterosque omnes officiales auctoritate longe antecedebant, et in iisdem, quibus nostri, negotiis curandis occupabantur. (5.) Praefecto enim Praetorio Caesari gladium



prae-

(1.) Quod BERNARDVS a MALLINCKROT tamen *in Tr. de Archi-Cancellariis. S. R. I. Lib. 1. c. 3. p. 168. seqq.* cui assentiri videtur LIMNAEVS *in Obseruationibus ad A. B. et quidem ad c. 27. Obs. 4. p. 569.* sibi persuadet, confutatus ob id a VVAGENSEILIO *in Commentatione de S. R. I. summis Officialibus c. XIIX. §. 2. p. 271.*

(2.) Vti videtur CONRINGIO *in Diss. de Officialibus Imperii §. 6. 7. p. 539. seq.* (secus sentiens *in Not. ad* LAMPADIVM *de Republica P. III. c. IV. §. 29. p. 164.*) SCHVVEDERO *in I. P. Part. Spec. sect. I. c. VIII. p. 327.* THVLEMARIO *de Octouiratu c. XX. §. 2. seqq. p. 305. seqq.* aliisque recentioribus. Nec multum ab iis dissentit KVLPISIVS *de Obseruantia Imper. §. 26. p. 72.*

(3.) *Vid. Excellentiss. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diss. IX. §. 16. p. 178.* TOLNERVS *in Hist. Palat. c. 6. p. 163.* VVAGENSEILIVS *de Summis S. R. I. Officialibus c. 8. §. 5. p. 51. c. 10. p. 153. it. c. 12. et 14.* qui tamen de Mareschallatu solum hoc probare studet, ceteraque officia, non ex eodem esse fundamento deducenda putat. Add. SCHVRTZFLEISCHIVS *in Diss. de VVittekindo M. p. 29.*

(4.) vid. PAVLVS DIACONVS *in Historia Miscella L. 16. p. 492.* CODINVS CVROPALATES *de Officiis Ecclesiae et Aulae Cplitanae L. I. c. 5 §. 23.* Qui enim Romanis Praefecti Praetorio, ii ap. Byzantinos Imperat. Πρωτοσπαθάριοι, Σπαθάριοι, Σπαθαφόροι, it. Ἔπαρχοι αὐλῆς, Aulae Praefecti, teste PLVTARCHO *in Vita Galbae*, PROCOPIO *Lib. I.* EVAGRIO *Lib. III. c. 42.* audiebant. add. I. C. BVLENGERVS *de Imperatore et Imperio Romano L. IV. c. 28. p. 474.*

(5.) vid. ROSINVS *in Antiquit. Romanis L. VII. c. 3. et 4. p. 685.* et *c. 33. p. 730.* add. STRAVCHIVS *in Exercitationibus Exotericis Diss. III. §. 11. p. 83.*

(6.) Quo

praeferre, eumque defendere; (6.) Praepofito Sacri Cubiculi perſonam Principis et Cubiculum curare; (7.) Comiti vero Caſtrenſi in menſa et Palatio Imperatoris ſeruire (8.) incumbebat. Nomina autem illorum a noſtris plane eſſe diuerſa, nos plane non commouet de noſtra vt ſententia decedamus: Vnius enim cuiusque Principis arbitrio eſſe relictum nominibus eos, qui ipſi ſunt ab officiis, quae ipſi modo placent, optimeque cum illorum munere conuenire videntur, inſignire, nemo forte dubitabit. Ceterum, haec officia ipſis Romanis vtrum originem debeant, an ab antiquis Graecis ſint petita, plurimi eruditorum coniecturam potius faciunt, quam vt certi hac de re nobis quidquam affirment. At enim vero cum illa iam in aulis Graecorum, aliis licet ſub nominibus, viguiſſe ſciamus, (9.) certum etiam ſit, veteres Romanos, tum in Republ. ſua conſtituenda, tum ornanda ea Graecorum mores, ſi non in omnibus, in plurimis tamen fuiſſe ſecutos; veritati admodum conuenire videtur, et haec a Graecis ad Romanos tranſiiſſe.

§. II.

(6.) Quo ipſo, mero imperio ſe frui, ſimul etiam indicabant. vid. ANTONIVS FABER *L. I. ſemeſtr. c. 3. Notitia Dignitatum*, GVIDONIS PANCIROLLI notis illuſtrata *c. VII. p. 1362. et p. 1790. ſeqq.* ap. GRAEVIVM *Tom. VII. Antiquitat. Rom.* IAC. GVTHERIVS *de Offic. Dom. Aug. L. II. c. 1. p. 308. ſeqq.* BVLENGERVS *d. l. L IV. c. 28. p. 474.* Licet autem Praefecti Praetorio munus initio ſolum in praeferendo gladio Imperatori, eoque defendendo conſiſteret: Succeſſu tamen temporis et aliorum negotiorum cura ipſi demandabatur, pluresque etiam, cum antea vnus ſolum in aula Romanorum deprehenderetur, Praefecti Praetorio conſtituebantur. Quod factum fuit faſces Imperii Romani Commodo tenente.

(7.) PANCIROLLVS *d. l c. 61. p. 1491. ap.* GRAEVIVM. GVTHERIVS *d. l. L. III. c. 29. p. 797.*

(8.) Parebant ei Primicerius Menſarum et Primicerius Cellariorum, eoque modo duo illa officia, Pincernae nempe et Dapiferi, in eo erant coniuncta. vid. PANCIROLLVS *d. l. c. 91. p. 1570.* ap. GRAEVIVM. GVTHERIVS *d l. p. 812. ſeqq.*

(9.) vid. IACOBVS GOARVS *in Not. ad L. I. c. V. n. 9.* CODINI *de officiis etc. p. 70* et IACOBVS GRETSERVS *in Obſeruationibus ad eundem L. 2. c. 6. p. 203.*

(1.) Vid.

§. II.

Prisci Francorum Reges, quorum initio cura in finibus suis proferendis vnice solum versabatur, vbi tot tantasque terras atque prouincias, quas Romanis in Germania Galliaque eripiebant, regno suo adiecerant, nunc tandem in splendore dignitateque aulae suae augenda soliciti inueniebantur. Qua demum occasione eueniebat, vt, sicuti in plurimis aulam Romanam in sua exornanda ad exemplum sibi hi Principes proponebant, (1.) et quatuor haec summa officia aulica, quae Romanos habuisse scimus, ab illis accerserent, haecque in curia Franciae, Francis antea ignota, in posterum audirentur. Licet autem ipsae hae dignitates, non tamen et nomina simul a Romanis, quibus IV. hi officiales apud eos notabantur, ad Francos perueniebant. Qui enim Regem gladio anteibat, et Romanis Praefectus Praetorio audiebat, Comes Stabuli, (2.) Praepositus autem eorum Sacri Cubiculi Camerarius, (3.) nunc adpellabatur. Ad Comitem autem Romanorum Castrensem quod attinet, officium eius, duo quod, curam



(1.) *Vid.* CONRINGIVS *in notis ad* LAMPADIVM *de Republ. Parte III. c. IV. §. 23. p. 165.*

(2.) Patet hoc ex verbis GREGORII TVRONENSIS *in Hist. Franc. L. IX. c. 38. pag. 210. ap.* FREHERVM *in Corp. Vet. Hist. Franc.* dum ait: *Huius consilii socios pronunciat Faciliuba Regina Childeberti, Regis, esse Sunnegisilum Comitem stabuli et Callomagnum Referendarium etc.* Et *L. X. c. 5. p. 222.* vbi: *His autem diebus Schuppa, qui quondam Comes stabuli Chilperici Regis fuerat, inrupto Turonicae Vrbis termino, pecora reliquasque res quasi praedam exercens, diripere voluit.* add. AIMOINVS *L. III. c. 43 p. 68. ap.* DV CHESNE *T. III. Scriptorum Rerum Francicarum. et c. 71. pag. 83.* ibid. Ceterum, quod munus eius fuerit sub Francis, PAVLVS DIACONVS *in Histor. Longob. L. VI. c. 16.* nos docet: *In horum officium*, inquit, *apud Francos totius belli curam Principes reiecerunt, horum enim erat exercitus ducere, Regni limites tueri atque onus Regumque curas suis humeris sustentare.* Et e recentioribus LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. II c. 13. p. 64.*

(3.) Quod probat RATBERTVS TVRINGENSIS *Monachus Sti Galli, de origine et diuersis casibus monasterii Sti. Galli in Alamannia c. I. pag. 2.* ap. GOLDASTVM *Tom. I. Rerum Alamannicarum,* inquiens: *quorum nomina haec sunt, VVillibertus videlicet Presbyter, et Talto vir illustris, Tagoberti scilicet Regis Camerarius, et postea Comes eiusdem pagi.*

(4.) Do-

ram nempe dapum et potus, complectebatur, inter duos diuidebatur, et qui prius curabat Senescalli, qui posterius Buticularii nomen adipiscebatur. (4.) Nec Merouingi solum, quorum aetate haec munera in Franciae regno adhiberi inceperant, perpetuo ea seruabant, sed et, delato illo ad Carolingos, nunquam ab his dimittebantur. (5.) Quamuis tamen nonnullam nomina eorum hac

(4.) Docemur id ex HINCMARI *Epistola*, ad Proceres pro institutione Carolomanni et de ordine Palatii data, quae extat *Tomo II. Operum eius p. 206. editionis Parisinae*, vbi *c. XVI*: *Post eos Vero (Sc. ministeriales, Apocrisiarium nempe et alios) Sacrum Palatium per hos ministros disponebatur, per Camerarium Videlicet et Comitem Palatii, Senescallum, Buticularium, Comitem stabuli, Mansionarium, Venatores Principales quatuor, Falconarium Vnum.* et *c. XXIII. pag. 209. Quae Videlicet cura quanquam ad Buticularium Vel Comitem stabuli pertineret, maxima tamen cura ad Senescallum respiciebat etc.*

(5.) Licet enim ceteri officiales maiores omnes, qui antea Merouingorum aetate in Francica aula reperiebantur, ab officiis suis sub Carolingis discedere iuberentur, minorum etiam ministerialium Palatinorum ingens numerus ad pauciores redigeretur: quatuor tamen haec officia ab iis nullo non tempore retinebantur. Testatur hoc EGINHARDVS *in Vita Caroli M. p. 136. ap.* LEVCKFELDVM dum inquit: *In quo praelio* (in Hispania cum Saracenis commisso, cuius etiam mentionem faciunt *Annales Rerum Franc. a Carolo M. gestarum ad an. 778. ap.* LEVCKFELDVM *p. 150.* simulque de caede horum officialium nos confirmant) *Egbardus seu Eckbardus, Regiae mensae praepositus (i. e. Dapifer) Anshelmus Comes Palatii, et Rutlandus Britannici litoris praefectus cum aliis compluribus interficiuntur.* Et POETA SAXO *in Annal. Caroli M. ad ann. 782. ap. Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. I. R. Br. pag. 131.*

*Vnde Palatinis ad se tribus ipse Vocatis*
*Principibus, quorum fuerat Camerarius Vnus*
*Regis Adalgisus, Geilo Stabuli Comes alter*
*Ductores exercituum fore iussit eosdem.*

Item *Annales cit. Rerum Caroli M. pag. 151. ad an. 781. Electi ac directi sunt ad hanc legationem de parte Pontificis Formosus ac Damasus, Episcopi, et de parte Regis Richolfus Diaconus atque Eberhardus, Magister Pincernarum.* add. *Annales cit. ad an. 782. pag. 151. ap.* LEVCKFELDVM. *Annales Francorum* ap. PITHOEVM *ad ann. cit. p. 11.* et ad *an. 786.* ib. REGINO *L. II. ad an. 807. pag. 56.* ap. PISTORIVM *Tom. I.*

Satis

hac occaſione iterum ſubiiſſe mutationem, (6.) negari haud queat.

§. III.

Mortuo Ludouico IV. ex Carolingis Orientalibus vltimo, Reges ſua ex gente Germani, vti conſtat, eligere incipiebant. Qui ſicuti nihil, ad regiam eorum dignitatem ſuſtentandam ſtabiliendamque quod pertinebat, omittebant, nulla alia ex ratione adducti, quam vt auctoritatem ſibi apud omnes ac ſingulos, maxime vero Imperii Principes, maiore ac ſub Carolingis poteſtate ornatos, conciliarent: ita et quatuor haec officia, ſub Francis iam recepta, retinebant. Quo vero tum exteri populi intelligerent, quanta Regis Germanorum dignitas ſit atque ſplendor, et quod nullus omnium Principum cum eo veniat comparandus, tum quo Imperii Principes eo faciliori negotio addicti ipſi obſequentesque ſemper

Satis quidem haec omnia hactenus adducta loca, memoriam quatuor horum officialium aeuo iam Francorum in Germania inueniri, nos docent, quorum vero negotiorum cura ipſis fuerit commiſſa nullam plane injiciunt mentionem. Neceſſitatis itaque eſt vt, ſi fieri horum de officiis certiores cupimus, adeamus LEHMANNVM *in Chron. Spir. L. II. c. 11. et 13. pag. 63. 64. ſeqq.* STEPHANVM BALVTZIVM *in Capitular. Reg. Franc. Tom. I. pag. 341. 42. ſeq. Capitulare* Caroli M. de miniſterialibus Palatinis, quod annum 800. oſtendit, exhibentem. In hoc autem deſcribitur id quod faciendum incubuit olim omnibus miniſterialibus Palatinis, nullius certi habita ratione. MARCVLPHVM *in Formulis L. I. c. 25 pag. 388.* ap. STEPH. BALVTZIVM *in Capitularibus R. Fr. Tom. II.* quaeque ad illas notauit HIERON. BIGNONIVS *p. 912. ib.* MALLINCKROTIVM *de Archi-Cancellariis L. II. c. 3. p. 166. ſeq.* SCHILTERVM *in Comment. ad I. F. Alem. c. 113. §. 1. p. 399.* EYBENIVM *in Electis Iuris F. c. IX. §. 10. pag. 607.* et citatos ab eo auctores. Hi omnes confirmant nos de munere quatuor horum officialium, in vtroque regno Francorum receptorum.

(6.) Sic, qui Mareſchalli ſeu Comitis Stabuli nomen apud Merouingos Reges obtinebat, vid. HOTOMANNVS *in Franco Gallia c. 14. pag. 103.* nunc Conſtabularii, Camerarius vero eorum Cubicularii nomine (Carolingorum nempe aeuo) appellabatur. *Vid. not. 4. h. 5.* Ceterum vtroque Francorum aeuo nullus inter eos ordo, vi cuius alter alterum dignitate forte anteceſſiſſet, ſeruabatur, ſed variabat hic, prout vel aetate, vel adminiſtrationis diuturnitate quis alium ſuperabat. vid. SCHILTERVS *d. l. p. 395.*

(1.) Pri-

ſemper manerent; hae quatuor dignitates Imperiales non amplius nobilibus, atque antea, ſed ipſis Germaniae, quandoque et aliis Principibus conferebantur. (1.) Hinc eueniebat, vt, cum quinque in prouincias omnis Germania eſſet diuiſa, in vnaquaque vero harum Dux imperio praeeſſet, vnus eorum nullo non tempore regiam dignitatem obtineret, reliqui vero Archi-Officia haberent

(1.) Primum fuiſſe Ottonem M. ex Germanicis Imperatoribus, in cuius inauguratione quatuor his officiis Principes ſunt functi, ex ſcriptorum illorum temporum ſilentio, maxime vero VVITICHINDI CORBEIENSIS, quem cetera tamen, a Conrado I. et Henrico I. geſta, magna diligentia nec minori fide conſignaſſe ſcimus, quo nobis certo perſuadeamus commouemur. De Ottonis autem huius coronatione, Aquisgrani anno 936. facta, ita VVITICHINDVS *L. II. Annal. princ. pag. 643.* ap. MEIBOMIVM teſtatur. *Diuina, inquit, deinde laude dicta ſacrificioque ſolenniter celebrato, deſcendebat Rex ad Palatium, et accedens ad menſam marmoream Regio apparatu ornatam, reſedit cum Pontificibus et omni populo: Duces vero miniſtrabant. Lothariorum Dux Giſelbertus*, (Ottonis M. affinis teſte LEHMANNO *l. d. L. V. c. 3 p. 330.*) *ad cuius poteſtatem locus ille pertinebat, omnia* (i. e. Camerarii munus gerebat, vid. GOLDASTVS *de Iuribus Regni Bohemiae l. III. c. 8. §. 1. p. 317.* vbi eum Camerae Praefectum appellat. MALLINCKROTIVS *l. d. L. 2. c. 3. p. 167.* THVLEMARIVS *d. l. c. XX. §. 4. p. 306.* VVAGENSEILIVS *de ſummis regni Officialibus c. XIIX. §. 3. p. 273.* diſſentiente licet BOECLERO *in Hiſtoria Ottonis M. p. 284.*) *procurabat: Euerhardus* (quem CONRINGIVS *de Septemuiris §. 49. p. 211.* et THVLEMARIVS *d. l. c. 26. §. 3. p. 306.* Sueuiae Ducem vocant, TOLNERVS vero *in Hiſtor. Palatina c. VI. p. 165.* Franciae Ducem Palatiique Comitem, et Conradi Imperatoris fratrem fuiſſe vult. Hoc certum eſt, Dapiferi officio eum fuiſſe praefectum. VVAGENSEILIVS *d. l.*) *menſae praeerat; Herimannus* (Hunc Sueuiae Ducem laudat. COCCEIVS *in I. P. c. XII. §. 5. p. 231.* TOLNERVS vero *d. l.* ſanguine et origine Francum, et Gebhardi Franconiae et VVetterauiae Comitis filium, eum fuiſſe nobis teſtatur) *Francus Pincernis: Arnulphus* (cognomento Malus, Bauariaeque Dux, vid. TOLNERVS *d. l.* CONRINGIVS et THVLEMARIVS *cc. ll.* et Mareſchalli officio fungens, VVAGENSEILIVS *d l.*) *equeſtri ordini, et eligendis locandisque caſtris praeerat.* Et cum anno 985 tempore feſti Paſchatis Otto III. Quedlinburgi commoraretur, IV. Archi-Officiales ſua officia ipſi eodem modo, quo ſub Ottone M. factum fuiſſe audiuimus, teſte DITMARO *in Chron. L. IV. p 349. ap. Ill.* LEIBNITIVM *Tom. I. R. Br.* exhibebant *Celebrata, ait, prima Paſchatis ſolennitas in Quindelinborg a Rege, vbi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad Menſam, Conradus ad Cameram, Hecilo ad Cellariam, Bernhardus equis praefuit.* Eadem vero quatuor Archi-Officia nec ſequenti

berent administranda. (2.) Quod ad fatalia illa Interregni tempora durasse, vbi demum ad Habspurgicos Comites perpetuo fere nexu dignitas Imperatoria est delata, nec amplius ex Ducibus Germaniae, aut raro tamen, Reges Germaniae sunt electi, annalium conditores nobis testantur. Tantum itaque abest, vt iis praebeamus assensum, (3.) qui perperam sibi persuadent, Archiofficia haec, quae haud parum tamen ad dignitatem Regum Germaniae tuendam contulisse scimus, temporis successu iterum ab iis fuisse dimissa, nominantes inprimis Ottonem III. a cuius aetate ad Friderici vsque I. tempora haec cessassent: vt potius in iis servandis multiplicandisque, (4.) et cum

O ipsis

quentibus sub Imperatoribus exhiberi desiisse, certum est, et de Lothario II. Imperatore OTTO FRISINGENSIS *in Chron. L. VII. c. 19. p. 149. Tom. I. R. G. ap.* VRSTISIVM: de Henrico II. ap. GOLDASTVM *Tom. I. Constit. Imperial. pag. 42.* eiusdem de an. 1014. Constitutio de Friderico I. OTTO FRISINGENSIS *de Rebus Gestis Friderici I. Imperatoris L. II. c. 5. p. 448. d. l.* ARNOLDVS LVBECENSIS *L. III. c. 9. p. 318. 19. in Chron. Slau. ad an. 1182.* testantur *add* de eodem Friderico I. *Mandatum eius Imperiale de an. 1180.* in quo Henricus Leo forum et pontem in Vehringen destructum restituere iubetur, testes enim ibi adducuntur Marscalcus, Camerarius, Dapifer et Pincerna. Extat hoc ap. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. III. R. Br. pag. 675. in Excerptis de Guelphis ex* VITI ARNBECK, *Presbyteri Frisingensis, Chronico Bojoariorum.*

(2.) vid. TOLNERVS *in Hist. Palatina c. VI. pag. 164.* COCCEIVS *in I. P. c. XII. §. 4. pag. 230.*

(3.) CONRINGIO nempe *in notis ad* LAMPADIVM *de Rep. pag. 162. et in Diss. de Officialibus §. 14. p. 548.* THVLEMARIVS *d. l. c. 20. §. 4. p. 307.* aliisque. Lotharii enim et Henrici II. temporibus quatuor haec officia adhuc in Germania fuisse audita, ex nota praeced. 1. docemur.

(4.) Aetate enim Germanicorum Imperatorum nomina supremi Aulae magistri, *Ertz-Hoffmeisters* (qua dignitate Lotharingiae Duces olim semper gaudebant, licet, Georgium Palatinum Ducem Bauariae semel eandem habuisse, notet EYBENIVS *in Electis I. F. c. IX. §. 11. pag. 608.*) Piscatoris Sacri Rom. Imperii, quo munere Basileenses funguntur, vid. EYBENIVS *in Diss. de Titulo Nobilis §. 43. p. 854.* Architecti Imperii, aliorumque officiorum in Imperio Germanico primum sunt audita. conf. de his omnino EYBENIVS *in Electis Iuris Feud. c. IX. §. 11. p. 608.* in enarrandis exponendisque iis admodum sedulus. Vbi inprimis notandum quod de officio S. R. Impe-

ipsis tandem Principibus Imperii, (5.) Germaniaeque Eccle-

Imperii Sculteti, *Erb-Schultheißen*, habet, pertinuisse hoc nempe antiquitus ad Landgrauios Hassiae. Haeque occasione, distinctos esse *Reichs-Schultheißen* & *Reichs-Erb-Schultheißen*, ostendit, accurate eos a se inuicem secernens.

(5.) Factum hoc sine vllo dubio fuit eo tempore, quo in Germania summa rerum potiebatur Conradus Saliquus. Huius enim *in Constitutione de Expeditione Romana*, (hanc Carolo Crasso quidem tribuunt IOH. SCHILTERVS *in Com. ad I.F. Alem. pag. 399. §. 1.* LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. II. c. 42. pag. 152. et L. V. c. 3. p. 340.* MALLINCKROTIVS *de Archicancellariis L. I. Part. prior. pag. 18.* WAGENSEILIVS *l. d. p. 270.* et THVLEMARIVS *d. l. c. XVI. §. 15. p. 199.* recte tamen, solidisque ex rationibus adductus eam Conrado Saliquo vindicat SCHVRTZFLEISCHIVS *in Diss. de Expeditione Romana.* Vt perperam itaque a CONRINGIO *in Tr. de Orig. I. Germ. c. XVII. pag. 89.* et *in not. ad* LAMPADIVM *p. 164.* sublestae fidei et seculo XII. fictam hanc existimari videamus. Reperitur vero ap. GOLDASTVM *Tom. I. Constitut. Imper. pag. 28. ad an. 890.* et LEHMANNVM *d. l. p. 153.*) haec leguntur: *Singuli Principes suos habeant Officionarios, Marscalcum, Dapiferum, Pincernam et Camerarium. Qui quatuor quanto plus etc.* Fallitur itaque *Auctor Speculi Sueuici L. I. c. 63.* inquiens: *Der geistlichen und weltlichen Fürsten Ampt ist von erst gestifftet mit 4. Fürsten-Ampter, mit einen Cammerer, mit einen Schencken, mit einem Truchsaß und mit einen Marschalck.* Eiusdem enim cum ipsis Principibus hanc libertatem, nunc demum Principibus Constitutione hac concessam, esse originis, sibi persuadet. Quae cum ita sint; nemo in admirationem ducatur, si hodie in aulis Principum plerumque haec officia deprehendit, olim enim haec iam in iis obtinuisse, scriptores nobis testantur. Sic in HENRICI BODONIS *Syntagm. de Ecclesia Gandersheimensi* ap. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. III. pag. 723.* et *in Chron. Steterburgensi pag. 859. ap. eund. Tom. I.* mentio fit tum Pincernae, tum Dapiferi Henrici Leonis, vltimusque nomen Iordani habuisse dicitur. *Add.* de Bauariae Ducum IV. summis officialibus HERTZOG *in Chron. Alsatiae Lib. VI. c. . p. 144.* HVND *im Bayerschen Stamm-Buche p. 282.* De Treuirensis *El.* KNICHENIVS *in Opere Politico P. II. p. 433.* De Saxonicis PECCENSTEINIVS *in Theatro Saxonico P. I. c. 18. p. 76.* De Landgrauiorum vero Thuringiae officialibus TENTZELIVS *in Supplem. II. ad Hist. Gothan. pag. 449. 50.* PAVLLINI *in Antiq. Isenac. p. 18. §. 24.* aliique: Imo notat EYBENIVS *in Electis I. Feud. p. 607.* in more positum fuisse olim Caesaribus, Comitatum in Principatum vel Marchionatum erigentibus, vt eidem etiam quatuor eiusdem officiales ex nobilioribus assignarint, (licet, et Comites iam hos IV. habuisse officiales, ALTESERRA *de Ducibus et Comitibus L. III. c. 8.* LAMBECIVS *in Orig. Hamb. pag. 112.* et FREHERVS *in Orig. Palatin. P. I. c. 10. p. 109.* nobis confirment) exemplo Iulia-

Ecclesiis, (6.) communicandis nullo non tempore maxime solicitos eos fuisse repertos asseramus. O 2 §. IV.

Iuliacensium Comitum id probans. Quem tamen morem a Caroli IV. iam temporibus, et antea non amplius fuisse continuo obseruatum, ipse fateri necesse habet. add. LEHMANNVS *l. cc.* et FREHERVS *in notis ad Constitut. cit. pag.* 24. vbi, sine hisce quatuor officiis nullum iustum Principatum consistere seu haberi antea potuisse, ostendit. Ad dignitatem horum quatuor officialium in aulis Principum quod attinet, summa haec erat prae ceteris ministris, et nobilissimi quique subditorum ad id ministerium semper deligebantur. vid. SCHVBARTVS *de Comit. Palat. Caesar. pag.* 161. rationem huius rei suppeditans. FRIDERICVS a SANDE *ad Consuetudines Feudales Geldriae Tom. II. Tit. I. c.* 2. *n.* 14. EYBENIVS *de Tit. Nobilis* §. 43. *pag.* 854. Ceterum, sicuti ab initio officia haec non feudi lege concedebantur, sed longe demum post Principes tum seculares tum Ecclesiastici hunc morem suis in aulis introducebant: vid. EYBENIVS *in Elect. I. F. c.* 9. §. 10. *pag.* 607. Ita et nostris temporibus, ab ea consuetudine iterum recessisse Principes, videmus. In paucis enim Principum Germaniae aulis quatuor haec officia iure hereditario et feudali adhuc, sed pro libero solum Principum arbitrio conferuntur. vid. HVND *in Metropoli P. III. pag.* 390. 91. add. EYBENIVS *l. d. pag.* 609. et inprimis *pag. praeced.*

(6.) De Ecclesia Steterburgensi, eosdem ipsi fuisse quatuor officiales, ex *Chron. Steterburg. ap. Ill.* LEIBNITIVM *Tom. I. pag.* 850. confirmamur. Haec enim ibi leguntur: *Et quod ad mundi huius gloriam pertinet, secundum ritum Principum Dapiferis, Pincernis, Mareschallis, Militibus, Ministerialibus, nostram Ecclesiam gloriosissime decorauit Friderunda, Altmanni Comitis filia fundatrix huius coenobii.* Eadem quoque in Corbeiensi ecclesia obtinuisse, ex *Annalibus Corbeiens. pag* 304. ap. *Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. II.* haud vane colligimus. *Significat enim Henricus Rex anno* 1047. *infeudatis ministerialibus, et toti congregationi Corbeiensi, quod Rutbardo, electo communi Principum consilio et sententia adiudicatum sit, quod vniuersa officia Ecclesiae suae ad nutum suum sint instituenda, exceptis quatuor Principalibus, quorum bona nullius iustitiae vel astutiae interuentu ab ipsis officiis deberent alienari, et quod officiatorum filii Seniores et legitimi Patrum officiis succedant pleno iure.* Nec Archiepiscopatus Bremensis hac in re ceteris fuit inferior. Habuisse enim eum tum alia, tum haec quoque quatuor officia *Excerpta ex Chronico Bremensi* IOHANNIS RHODE, *Archiepiscopi Bremensis*, ap. *Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. II. p.* 255. *et p.* 271. probant. Ad nostra vero tempora propius si accedimus, eadem quatuor officia in Germaniae Episcopatibus adhuc inueniri videmus. Decet nos hoc de Herbipolensi SPANGENBERGIVS *in Chron. Henneberg. L. II. c.* 6. *p.* 45. De Corbeiensi IO. LETZNERVS *in der Beschreibung des Keyserlichen Freyen Stiffts Corbey*

## §. IV.

Sicuti autem quatuor hae dignitates ad Imperatoris ſplendorem augendum, maxime cum ad exteros etiam Reges atque Principes deferrerentur, haud parum afferebant: (1.) Ita et Imperii ordinibus, qui illis ornati exiſtebant, et quos hodie Archiofficiales appellamus, (2.) tanto honori ornamentoque erant, vt ceteros in Germania Principes auctoritate poſt ſe relinquerent longe multumque. (3.) Tantum ſane horum erat robur atque auctoritas, vt nemo in Regem Germanorum, conſenſu eorum non acceden-

*Corbey c.* 15. De Paderbornenſi SPANGENBERGIVS *in Speculo Nobilitatis Tom. I. L. II. c.* 24. *p.* 350. De Campidunenſi Abbate, MAGERVS *de Aduocatia armata c.* 5. *n.* 419. De Bambergenſi res nota eſt. vid. tamen de eo FREINSHEIMIVS *de Electorum et Cardinalium praecedentia Diſſ. III. n.* 44. FREHERVS *ad* PETRVM DE ANDLO *L. II. c.* 15. *p.* 104. et *in Origg. Palatin. P. I. c.* 15. *pag.* 127. Ceterum recte notat EYBENIVS, variisque exemplis illuſtrat, non Comites ſolum et Barones ſed et Principes Eccleſiarum et Epiſcoporum fuiſſe officiales. *in Electis I. F. c. IX. §.* 10. *p.* 608. et *in Diſſ. de Titulo Nobilis §.* 43. *p.* 854. add. ACTA LINDAVIENSIA *p.* 598. 601. *et* 607.

(1.) vid. MALLINCKROTIVS *de Archicancellariis l. II. c. III. p.* 170.

(2.) Plures eorum appellationes vide ap. VVAGENSEILIVM *d. l. c.* 8. §. 1. *p.* 49.

(3.) vid. LEHMANNVS *in Chron. Spir l. V. c.* 3. *p.* 340. EYBENIVS *in Electis I. F. c.* 9. §. 10. *p.* 607. Hinc et fiebat, vt primum in Comitiis locum obtinerent, primi etiam in illis ſuffragia ferrent: Quamuis et, vt ipſi officia ſua, non per alios, gererent, iis incumberet, ſplendoris Regii abſque vllo dubio augendi cauſa. LEHMANNVS *l. d.* vbi et de eorum ſimul agit antiquitate. Et ſicuti in aula Francorum quatuor hi Officiales, quo a ceteris diſtinguerentur, Maiores Palatini appellabantur: vid. LEHMANNVS *d. l. L. II. c.* 13. *ſeq. p.* 65. BERNHARDVS *a* MALLINCKROT. *d. l. L. II. c.* 3. *p.* 168. ita, Imperio a Francis ad Germanos delato, his, tanquam Imperii Officialibus, vocabulum *Dienſt-Herren*, ceteris vero miniſterialibus vulgaribus nempe, nomen *Dienſt-Leute* tribuebatur, quo differentia, quae inter vtrosque adhuc intercederet, ex eo appareret. EYBENIVS *d. l.* Haec etiam, non alia, ſubeſt cauſa, cur in Diplomate Friderici II. Imperatoris, Hagenoae Septimo Kal. Octobr. dato, Principalia Officia dicantur. add. omnino EYBENIVS *in Diſſ. de Titulo Nobilis* §. 42. *p.* 854.

(4.) Omni

cedente, eligi, (4.) nihil in conuentibus Imperii publicis, refragantibus his, decerni, nec quidquam a reliquis Imperii Principibus suscipi peragique illis inuitis posset. (5.) Licet autem omni tempore plurimum eorum consiliis atque suffragiis tribueretur, non poterant tamen eum in locum ab initio statim res deducere, vt ad eorum solum arbitrium Imperatoris Electio fuisset collata. Non enim iis solum temporibus, (6.) ceteri Principes in iuribus suis atque priuilegiis tuendis admodum soliciti adhuc

O 3 inue-

(4.) Omni tempore apud Germanos liberam Regis electionem obtinuisse, nulli dubitationi obnoxium existimamus. De antiquis Germanis nobis iam hoc testatur TACITVS *de M. G. c. 7.* dum ait: *Reges ex nobilitate, Duces ex Virtute sumunt.* Idem in vtroque Francorum Regno, Merouingorum nempe et Carolingorum, obtinuisse ex eorum temporum Scriptoribus apparet. Illud probant loca, a LEHMANNO *in Chronico Spirensi l. II. c. 3.* adducta, hoc EGINHARDVS *in Vita Caroli M. initio statim p. 434. ap.* FREHERVM *in Corpore Franc. Hist Vet.* nos docet: Licet a morte Caroli M. ad Carolum vsque Crassum aliud in Germania actum, et iure successionis potius quam electionis Reguum Germaniae delatum fuisse sciamus. Non enim plane libera Regem eligendi potestare, vt antea, Germanos eo tempore fuisse gauissos, summae Regum eius aetatis potestati, qua praediti erant, venit tribuendum. Nam simulatque illi vires horum fractas imminutasque intelligebant, in iuribus suis plene vindicandis, in primis quod ad Regis electionem attinebat, haud segnes reperiebantur, eoque simul, non iure, sed occasione solum antea se fuisse destitutos testabantur. Quo in primis Caroli Crasli exemplum pertinet, quem non solum regio honore priuabant, sed et alium eius loco, ad suum solum arbitrium omnia, idque iure, iterum reuocantes, ornabant. Idem Reipubl. Germanicae status remansit, vbi mortuo Ludouico IV. administratio eius a Francis ad Germanos redire coepit, quod OTTO FRISINGENSIS *l. VI. c. 15. et 16. p. 125. et 26. ap.* VRSTISIVM *Tom. II.* VVITICHINDVS *l. I. Annal. p. 634. ap.* MEIBOMIVM, et LVITPRANDVS *l. II. c. 7. pag. 31.* de delata ad Conradum I. posteaque ad Henricum Aucupem Regia in Germania dignitate loquentes, satis nobis superque confirmant. Et licet saepius in sequentibus temporibus, quod et hodie obtinere videmus, ad heredes haec transierit: factum tamen hoc non fuisse nisi libera semper Principum voluntas atque consensus accesserit nemo negabit.

(5.) vid. Dn. COCCEIVS *in I. P. c. XIV. §. 1. p. 254.*

(6.) Saeculo nempe X. XI. XII. et primis decimi tertii temporibus, quibus adhuc electio ab omni populo et vniuersis Principibus suscipiebatur. vid. scriptores *not. 4.* citati.

inueniebantur, ſed et multi erant eorum, qui, ſi non vnicuique officialium ſuperiores, pares (7.) tamen poteſtate reputabantur. His omnibus demum accedebat, quod prima aetate officia haec haud certis Principum familiis credita eſſent aſſignataque, ſed ad tempus ſolum, non totius vitae ſpatium, huic vel illi Principi tribuerentur. Id quod autem ne fieret tum priorum temporum conditio, tum quod minus firma munerum horum erat ſedes, prohibebat, Saeculo tandem XIII. exeunte efficiebatur, ceterique Imperii Principes hac aetate ab Imperatoris Electione prorſus excludebantur. Praeterquam enim quod Saeculi fere ſpatium erat elapſum, ex quo haec Archiofficia, (8.) certis familiis adiuncta, et iis Principibus tradita haec erant atque conceſſa, qui ceteros in Germania poteſtate longe antecedebant, in eaque eo magis magisque augenda in dies ſingulos magnopere allaborabant. (9.) Tandem et fatalia illa, in quae Interregnum incidebat, tempora, (10.) interueniebant, quae haud parum ſane eos in iure eligendi Imperatorem, olim omnibus Principibus communi, ante aliquod vero

citati. add. LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. V. c. XVII. p. 356. ſeq.* et CONRINGIVS *de Septemuiris §. 22. p. 152.* varia, haec quae probant, loca adducentes.

(7.) v. c. Marchiones Brandenburgici, Landgrauii Thuringiae, Misniae Marchiones etc.

(8.) a temporibus ſc. Friderici I. Imperatoris.

(9.) et quod viribus non valebant, aſtu quo perficerent contendebant. Eos enim principes, qui poteſtate adhuc quadam gaudebant, ſibi conciliabant, vel vnum ex illis in Imperatorem eligendo, vel filias eorum ſibi collocando. Populo vero et nobilitati, qui exigua adhuc poteſtate in electione Regis fruebantur, ne a Principibus ceteris concitarentur, ad partes ſuas trahebant, ante oculos quippe illis ponendo, quantum vtilitatis eo ad omnem Germaniam, ſi paucis ius hoc eligendi Imperatorem relinqueretur, perueniret.

(10.) Potentisſimae enim Principum familiae, Sueuica nempe et Auſtriaca, in Conradino et Friderico, Neapoli vltimo ſupplicio affectis, defecerant. Reliqui vero Principum, qui turbis his durantibus ius ſuum vna cum aliis Imperatorem eligendi reſtaurare cupiebant, electionibus ſuis, non conſilio ſed impetu quodam ſuſceptis, modo Henrico Raſponi, modo Conrado IV. modo VVilhelmo Hollando, modo

vero tempus ab Archiofficialibus sibi solis vindicari coepto, ceteris praeripiendo iuuabant. Et cum post haec eueniret vt ipsi Principes, qui inter Archiofficiales non numerabantur, se ipsos sensim Electioni Imperatoris subducerent, parte eorum in sumtibus parcendis solicita, reliquis vero tale consilium ad ineundum summo ex odio, quod in eos qui Archiofficia haec gerebant susceperant, commotis; (haud enim eos fugiebat, omnem sibi in eligendo Imperatore vim atque potestatem officiales vindicare, ceteris vero Principibus nihil nisi consilium suppeditandi ius relinquere) non poterat sane non fieri, vt in iure hoc Principes Officiales eo firmarentur magis atque roborarentur. (11.) Quod si itaque quis ex nobis tempus illud quaerat, quo ius eligendi Imperatorem in septem illos Imperii officiales, et quos hodie Electores appellamus, transiit; asserere haud dubitamus, breui post Friderici II. tempora hoc euenisse, (12.) confirmationem vero de hoc a Carolo IV. Lege

modo Richardo Anglo, modo Alfonso Castiliae Regi, modo Ottocaro Regi Bohemiae Imperatoriam dignitatem deferentes, contemtui et indignationi populi se exposuerant, vt itaque admodum facile his septem officialibus nunc demum esset, tam egregia ipsis occasione oblata, animum eius plane a Principibus alienare, hisque exclusis, Rudolphum Habspurgicum an. 1273. eligere in Imperatorem.

(11.) Septem enim hi Archi-officiales, qui tanta potentia iam erant praediti, ceteris, tenuioris fortunae Principibus, omni tempore coniunctis viribus resistebant, saepius etiam, si soli efficere id haud valebant, horum nonnullos, quia dissidia perpetua inter eos nascebantur, sibi conciliabant, vt itaque ceteri semper inferiores discedere cogerentur, ipsique fateri necesse haberent, iure solum consilium suppeditandi, non nominandi potestate in electione Imperatoris se gaudere. Vera itaque sunt quae CONRINGIVS *de Septemuiris* §. 30. p. 199. *seq* scribit: *Non parum officia, stata iam tum atque hereditaria, Archi-officiales in hoc eligendi iure adipiscendo iuuasse.* add. FVRSTENERIVS *de Suprematu* c. 42. p. 150. dissentiente licet FRANC. IRENICO *ad* BVRGOLDENSEM *ad Ducursum X* p. 156. Confirmant enim primo illorum sententiam, Septemuiros officiorum titulos diu iam ante, quam Electorale axioma adhibere incipiebant, vsurpasse, tum, adhuc hodie dignitatibus Electoralibus haec ab Electoribus praeponi.

(12.) Possemus quidem ALBERTVM STADENSEM, Saeculi XIII. scriptorem, et anno 1240. iam iura eligendi hos Archi-officiales solos fuisse gauisos affirmantem, ad sententi-

# SECTIO SECVNDA
DE
# OFFICIO ARCHIMARESCHALLI IN IMPERIO.

## Σύνοψις.

*§. I. Ostenditur, originem quatuor Archiofficiorum non Germanis, sed Romanis esse tribuendam. II. Repraesentat conditionem eorum in aula Francorum. III. Statum sub Imperatoribus Teutonicis. IV. docet, qua ratione ad Archiofficiales solos electio Imperatoris peruenerit. V. Quo tempore ambulatoria haecce Archimunera esse desierint. VI. de Origine, antiquitate et dignitate Archimareschalli agit. VII. Quis primus iure hereditario hocce munus obtinuerit, et quando ad Ascanios peruenerit. VIII. Quando ad Serenissimos Saxoniae Electores Misnenses transierit. IX. Transitus fit ad iura, quae vi dignitatis Archimareschalliae veniunt exercenda. X Iura, quae eo tempore quo eligendus est Imperator Archimareschallo competunt, adducuntur. XI. Quae tempore Coronationis Caesareae ipsi sint peragenda tradit. XII. Agit de Iuribus Archimareschalli in Comitiis. XIII. Speciatim de Iurisdictione, Archimareschallo in iis competente. XIV. Ostendit iura illius in expeditione bellica. XV. Asseritur Archimareschallo ius in Buccinatores et anacaristas. XVI. Complectitur priuilegia alia, ad Archimareschallum adhuc pertinentia. XVII. Quo tempore axioma Archimareschalli in Diplomatibus adhiberi coeperit declarat. XVIII. Insignia Archimareschalli tradit atque exponit.*

§. I.

§. I.

Haud nobis ſententia diſplicet eorum, qui officia illa quatuor Palatina, quibus Sereniſſimi Principes, Bohemus nempe, Palatinus, Saxo et Brandenburgicus, noſtris temporibus ornati exiſtunt, non ab ipſis Germanis (1.) vel Francis (2.) inuenta, ſed a Romanis (3.) atque Byzantinis Imperatoribus, in quorum aulis (4.) nota iam haec erant cognitaque, putant eſſe deducenda. Praeterquam enim quod in eadem, qua hodierni, dignitate erant conſtituti, ceteroſque omnes officiales auctoritate longe antecedebant, et in iisdem, quibus noſtri, negotiis curandis occupabantur. (5.) Praefecto enim Praetorio Caeſari gladium

N 2 prae-

(1.) Quod BERNARDVS A MALLINCKROT tamen *in Tr. de Archi-Cancellariis. S. R. I. Lib. 2. c. 3. p. 168. ſeqq.* cui aſſentiri videtur LIMNAEVS *in Obſeruationibus ad A. B. et quidem ad c. 27. Obſ. 4. p. 569.* ſibi perſuadet, confutatus ob id a VVAGENSEILIO *in Commentatione de S. R. I. ſummis Officialibus c. XIIX. §. 2. p. 271.*

(2.) Vti videtur CONRINGIO *in Diſſ. de Officialibus Imperii §. 6. 7. p. 539. ſeq.* (ſecus ſentiens *in Not. ad* LAMPADIVM *de Republica P. III. c. IV. §. 29. p. 164.*) SCHVVEDERO *in I. P. Part. Spec. ſect. I. c. VIII. p. 327.* THVLEMARIO *de Octouiratu c. XX. §. 2. ſeqq. p. 305. ſeqq.* aliisque recentioribus. Nec multum ab iis diſſentit KVLPISIVS *de Obſeruantia Imper. §. 26. p. 72.*

(3.) *Vid. Excellentiſſ. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diſſ. IX. §. 16. p. 178.* TOLNERVS *in Hiſt. Palat. c. 6. p. 163.* VVAGENSEILIVS *de Summis S. R. I. Officialibus c. 8. §. 5. p. 51. c. 10. p. 153. it. c. 12. et 14.* qui tamen de Mareſchallatu ſolum hoc probare ſtudet, ceteraque officia, non ex eodem eſſe fundamento deducenda putat. Add. SCHVRTZFLEISCHIVS *in Diſſ. de VVittekindo M. p. 29.*

(4.) vid. PAVLVS DIACONVS *in Hiſtoria Miſcella L. 16. p. 492.* CODINVS CVROPALATES *de Officiis Eccleſiae et Aulae Cplitanae L. I. c. 5 §. 23.* Qui enim Romanis Praefecti Praetorio, ii ap. Byzantinos Imperat. Πρωτοσπαθάριοι, Σπαθάριοι, Σπαθαφόροι, it. Ἔπαρχοι αὐλῆς, Aulae Praefecti, teſte PLVTARCHO *in Vita Galbae*, PROCOPIO *Lib. I.* EVAGRIO *Lib. III. c. 42.* audiebant. add. I. C. BVLENGERVS *de Imperatore et Imperio Romano L. IV. c. 28. p. 474.*

(5.) vid. ROSINVS *in Antiquit. Romanis L. VII. c. 3. et 4. p. 685.* et *c. 33. p. 730.* add. STRAVCHIVS *in Exercitationibus Exotericis Diſſ. III. §. 11. p. 83.*

(6.) Quo

praeferre, eumque defendere; (6.) Praepofito Sacri Cubiculi perfonam Principis et Cubiculum curare; (7.) Comiti vero Caftrenfi in menfa et Palatio Imperatoris feruire (8.) incumbebat. Nomina autem illorum a noftris plane effe diuerfa, nos plane non commouet de noftra vt fententia decedamus: Vnius enim cuiusque Principis arbitrio effe relictum nominibus eos, qui ipfi funt ab officiis, quae ipfi modo placent, optimeque cum illorum munere conuenire videntur, infignire, nemo forte dubitabit. Ceterum, haec officia ipfis Romanis vtrum originem debeant, an ab antiquis Graecis fint petita, plurimi eruditorum coniecturam potius faciunt, quam vt certi hac de re nobis quidquam affirment. At enim vero cum illa iam in aulis Graecorum, aliis licet fub nominibus, viguiffe fciamus, (9.) certum etiam fit, veteres Romanos, tum in Republ. fua conftituenda, tum ornanda ea Graecorum mores, fi non in omnibus, in plurimis tamen fuiffe fecutos; veritati admodum conuenire videtur, et haec a Graecis ad Romanos tranfiiffe.

§. II.

(6.) Quo ipfo, mero imperio fe frui, fimul etiam indicabant. vid. ANTONIVS FABER *L. I. femeftr. c. 3. Notitia Dignitatum*, GVIDONIS PANCIROLLI notis illuftrata *c. VII. p. 1362. et p. 1790. feqq.* ap. GRAEVIVM *Tom. VII. Antiquitat. Rom.* IAC. GVTHERIVS *de Offic. Dom. Aug. L. II. c. 1. p. 308. feqq.* BVLENGERVS *d. l. L IV. c. 28. p. 474.* Licet autem Praefecti Praetorio munus initio folum in praeferendo gladio Imperatori, eoque defendendo confifteret: Succeffu tamen temporis et aliorum negotiorum cura ipfi demandabatur, pluresque etiam, cum antea vnus folum in aula Romanorum deprehenderetur, Praefecti Praetorio conftituebantur. Quod factum fuit fafces Imperii Romani Commodo tenente.

(7.) PANCIROLLVS *d. l c. 61. p. 1491. ap.* GRAEVIVM. GVTHERIVS *d. l. L. III. c. 29. p. 797.*

(8.) Patebant ei Primicerius Menfarum et Primicerius Cellariorum, eoque modo duo illa officia, Pincernae nempe et Dapiferi, in eo erant coniuncta. vid. PANCIROLLVS *d. l. c. 92. p. 1570.* ap. GRAEVIVM. GVTHERIVS *d l. p. 812. feqq.*

(9.) vid. IACOBVS GOARVS *in Not. ad L. I. c. V. n. 9.* CODINI *de officiis etc. p. 70* et IACOBVS GRETSERVS *in Obferuationibus ad eiusdem L. 2. c. 6. p. 203.*

(1.) Vid.

§. II.

Prisci Francorum Reges, quorum initio cura in finibus suis proferendis vnice solum versabatur, vbi tot tantasque terras atque prouincias, quas Romanis in Germania Galliaque eripiebant, regno suo adiecerant, nunc tandem in splendore dignitateque aulae suae augenda soliciti inueniebantur. Qua demum occasione eueniebat, vt, sicuti in plurimis aulam Romanam in sua exornanda ad exemplum sibi hi Principes proponebant, (1.) et quatuor haec summa officia aulica, quae Romanos habuisse scimus, ab illis accerserent, haecque in curia Franciae, Francis antea ignota, in posterum audirentur. Licet autem ipsae hae dignitates, non tamen et nomina simul a Romanis, quibus IV. hi officiales apud eos notabantur, ad Francos perueniebant. Qui enim Regem gladio anteibat, et Romanis Praefectus Praetorio audiebat, Comes Stabuli, (2.) Praepositus autem eorum Sacri Cubiculi Camerarius, (3.) nunc adpellabatur. Ad Comitem autem Romanorum Castrensem quod attinet, officium eius, duo quod, curam



(1.) *Vid.* CONRINGIVS *in notis ad* LAMPADIVM *de Republ. Parte III. c. IV. §. 23. p. 165.*

(2.) Patet hoc ex verbis GREGORII TVRONENSIS *in Hist. Franc. L. IX. c. 38. pag. 210. ap.* FREHERVM *in Corp. Vet. Hist. Franc.* dum ait: *Huius consilii socios pronunciat Facileuba Regina Childeberti, Regis, esse Sunnegisilum Comitem stabuli et Callomagnum Referendarium etc.* Et *L. X. c. 5. p. 222.* vbi: *His autem diebus Schuppa, qui quondam Comes stabuli Chilperici Regis fuerat, inrupto Turonicae Vrbis termino, pecora reliquasque res quasi praedam exercens, diripere voluit.* add. AIMOINVS *L. III. c. 43 p. 68. ap.* DV CHESNE *T. III. Scriptorum Rerum Francicarum. et c. 71. pag. 83.* ibid. Ceterum, quod munus eius fuerit sub Francis, PAVLVS DIACONVS *in Histor. Longob. L. VI. c. 16.* nos docet: *In horum officium*, inquit, *apud Francos totius belli curam Principes reiecerunt, horum enim erat exercitus ducere, Regni limites tueri atque onus Regumque curas suis humeris sustentare.* Et e recentioribus LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. II c. 13. p. 64.*

(3.) Quod probat RATBERTVS TVRINGENSIS *Monachus Sti Galli, de origine et diuersis casibus monasterii Sti. Galli in Alamannia c. I. pag. 2.* ap. GOLDASTVM *Tom. I. Rerum Alamannicarum,* inquiens: *quorum nomina haec sunt, VVillibertus videlicet Presbyter, et Talto vir illustris, Tagoberti scilicet Regis Camerarius, et postea Comes eiusdem pagi.*

(4.) Do-

ram nempe dapum et potus, complectebatur, inter duos diuidebatur, et qui prius curabat Senescalli, qui posterius Buticularii nomen adipiscebatur. (4.) Nec Merouingi solum, quorum aetate haec munera in Franciae regno adhiberi inceperant, perpetuo ea seruabant, sed et, delato illo ad Carolingos, nunquam ab his dimittebantur. (5.) Quamuis tamen nonnullam nomina eorum hac

(4.) Docemur id ex HINCMARI *Epistola*, ad Proceres pro institutione Carolomanni et de ordine Palatii data, quae extat *Tomo II. Operum eius p. 206. editionis Parisinae*, vbi *c. XVI*: *Post eos vero (Sc. ministeriales, Apocrisiarium nempe et alios) Sacrum Palatium per hos ministros disponebatur, per Camerarium videlicet et Comitem Palatii, Senescallum, Buticularium, Comitem stabuli, Mansionarium, Venatores Principales quatuor, Falconarium vnum.* et *c. XXIII. pag. 209. Quae videlicet cura quanquam ad Buticularium vel Comitem stabuli pertineret, maxima tamen cura ad Senescallum respiciebat etc.*

(5.) Licet enim ceteri officiales maiores omnes, qui antea Merouingorum aetate in Francica aula reperiebantur, ab officiis suis sub Carolingis discedere iuberentur, minorum etiam ministerialium Palatinorum ingens numerus ad pauciores redigeretur: quatuor tamen haec officia ab iis nullo non tempore retinebantur. Testatur hoc EGINHARDVS *in Vita Caroli M. p. 136. ap.* LEVCKFELDVM dum inquit: *In quo praelio* (in Hispania cum Saracenis commisso, cuius etiam mentionem faciunt *Annales Rerum Franc. a Carolo M. gestarum ad an. 778. ap.* LEVCKFELDVM *p. 150.* simulque de caede horum officialium nos confirmant) *Egbardus seu Eckbardus, Regiae mensae praepositus (i. e. Dapifer) Ansbelmus Comes Palatii, et Rutlandus Britannici litoris praefectus cum aliis compluribus interficiuntur.* Et POETA SAXO *in Annal. Caroli M. ad ann. 782. ap. Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. I. R. Br. pag. 131.*

*Vnde Palatinis ad se tribus ipse vocatis*
*Principibus, quorum fuerat Camerarius vnus*
*Regis Adalgisus, Geilo Stabuli Comes alter*
*Ductores exercituum fore iussit eosdem.*

Item *Annales cit. Rerum Caroli M. pag. 151. ad an. 781. Electi ac directi sunt ad hanc legationem de parte Pontificis Formosus ac Damasus, Episcopi, et de parte Regis Richolfus Diaconus atque Eberhardus, Magister Pincernarum.* add. *Annales cit. ad an. 782. pag. 151. ap.* LEVCKFELDVM. *Annales Francorum* ap. PITHOEVM *ad ann. cit. p. 11.* et ad *an. 786.* ib. REGINO *L. II. ad an. 807. pag. 56.* ap. PISTORIVM *Tom. I.*

Satis

hac occaſione iterum ſubiiſſe mutationem, (6.) negari haud queat.

§. III.

Mortuo Ludouico IV. ex Carolingis Orientalibus vltimo, Reges ſua ex gente Germani, vti conſtat, eligere incipiebant. Qui ſicuti nihil, ad regiam eorum dignitatem ſuſtentandam ſtabiliendamque quod pertinebat, omittebant, nulla alia ex ratione adducti, quam vt auctoritatem ſibi apud omnes ac ſingulos, maxime vero Imperii Principes, maiore ac ſub Carolingis poteſtate ornatos, conciliarent: ita et quatuor haec officia, ſub Francis iam recepta, retinebant. Quo vero tum exteri populi intelligerent, quanta Regis Germanorum dignitas ſit atque ſplendor, et quod nullus omnium Principum cum eo veniat comparandus, tum quo Imperii Principes eo faciliori negotio addicti ipſi obſequentesque ſemper

Satis quidem haec omnia hactenus adducta loca, memoriam quatuor horum officialium aeuo iam Francorum in Germania inueniri, nos docent, quorum vero negotiorum cura ipſis fuerit commiſſa nullam plane injiciunt mentionem. Neceſſitatis itaque eſt vt, ſi fieri horum de officiis certiores cupimus, adeamus LEHMANNVM *in Chron. Spir. L. II. c. 11. et 13. pag. 63. 64. ſeqq.* STEPHANVM BALVTZIVM *in Capitular. Reg. Franc. Tom. I. pag. 341. 42. ſeq. Capitulare* Caroli M. de miniſterialibus Palatinis, quod annum 800. oſtendit, exhibenrem. In hoc autem deſcribitur id quod faciendum incubuit olim omnibus miniſterialibus Palatinis, nullius certi habita ratione. MARCVLPHVM *in Formulis L. I. c. 25 pag. 388.* ap. STEPH. BALVTZIVM *in Capitularibus R. Fr. Tom. II.* quaeque ad illas notauit HIERON. BIGNONIVS *p. 912. ib.* MALLINCKROTIVM *de Archi-Cancellariis L. II. c. 3. p. 166. ſeq.* SCHILTERVM *in Comment. ad I. F. Alem. c. 113. §. 1. p. 399.* EYBENIVM *in Electis Iuris F. c. IX. §. 10. pag. 607.* et citatos ab eo auctores. Hi omnes confirmant nos de munere quatuor horum officialium, in vtroque regno Francorum receptorum.

(6.) Sic, qui Mareſchalli ſeu Comitis Stabuli nomen apud Merouingos Reges obtinebat, vid. HOTOMANNVS *in Franco Gallia c. 14. pag. 103.* nunc Conſtabularii, Camerarius vero eorum Cubicularii nomine (Carolingorum nempe aeuo) appellabatur. *Vid. not. 4. b. 5.* Ceterum vtroque Francorum aeuo nullus inter eos ordo, vi cuius alter alterum dignitate forte anteceſſiſſet, ſeruabatur, ſed variabat hic, prout vel aetate, vel adminiſtrationis diuturnitate quis alium ſuperabat. vid. SCHILTERVS *d. l. p. 399.*

(1.) Pri-

berent administranda. (2.) Quod ad fatalia illa Interregni tempora durasse, vbi demum ad Habspurgicos Comites perpetuo fere nexu dignitas Imperatoria est delata, nec amplius ex Ducibus Germaniae, aut raro tamen, Reges Germaniae sunt electi, annalium conditores nobis testantur. Tantum itaque abest, vt iis praebeamus assensum, (3.) qui perperam sibi persuadent, Archiofficia haec, quae haud parum tamen ad dignitatem Regum Germaniae tuendam contulisse scimus, temporis successu iterum ab iis fuisse dimissa, nominantes inprimis Ottonem III. a cuius aetate ad Friderici vsque I. tempora haec cessassent: vt potius in iis servandis multiplicandisque, (4.) et cum ipsis

O

quentibus sub Imperatoribus exhiberi desiisse, certum est, et de Lothario II. Imperatore OTTO FRISINGENSIS *in Chron. L. VII. c. 19. p. 149. Tom. I. R. G. ap.* VRSTISIVM: de Henrico II. ap. GOLDASTVM *Tom. I. Constit. Imperial. pag. 42.* eiusdem de an. 1014. Constitutio de Friderico I. OTTO FRISINGENSIS *de Rebus Gestis Friderici I. Imperatoris L. II. c. 5. p. 448. d. l.* ARNOLDVS LVBECENSIS *L. III. c. 9. p. 318. 19. in Chron. Slau. ad an.* 1182. testantur *add* de eodem Friderico I. *Mandatum ‍diui Imperiale de an. 1180.* in quo Henricus Leo forum et pontem in Vehringen destructum restituere iubetur, testes enim ibi adducuntur Marscalcus, Camerarius, Dapifer et Pincerna. Extat hoc ap. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. III. R. Br. pag. 675. in Excerptis de Guelphis ex* VITI ARNBECK, *Presbyteri Frisingensis, Chronico Bojoariorum.*

(2.) vid. TOLNERVS *in Hist. Palatina c. VI. pag. 164.* COCCEIVS *in I. P. c. XII. §. 4. pag. 230.*

(3.) CONRINGIO nempe *in notis ad* LAMPADIVM *de Rep. pag. 161. et in Diss. de Officialibus §. 14. p. 548.* THVLEMARIVS *d. l. c. 20. §. 4. p. 307.* aliisque. Lotharii enim et Henrici II. temporibus quatuor haec officia adhuc in Germania fuisse audita, ex nota praeced. 1. docemur.

(4.) Aetate enim Germanicorum Imperatorum nomina supremi Aulae magistri, *Ertz-Hoffmeisters* (qua dignitate Lotharingiae Duces olim semper gaudebant, licet et, Georgium Palatinum Ducem Bauariae semel eandem habuisse, notet EYBENIVS *in Electis I. F. c. IX. §. 11. pag. 608.*) Piscatoris Sacri Rom. Imperii, quo munere Basileenses funguntur, vid. EYBENIVS *in Diss. de Titulo Nobilis §. 43. p. 854.* Architecti Imperii, aliorumque officiorum in Imperio Germanico primum sunt audita. conf. de his omnino EYBENIVS *in Electis Iuris Feud. c. IX. §. 11. p. 608.* in enarrandis exponendisque iis admodum sedulus. Vbi inprimis notandum quod de officio S. R. Impe-

ipſis tandem Principibus Imperii, (5.) Germaniaeque Eccle-

Imperii Sculteti, *Erb-Schultheißen*, habet, pertinuiſſe hoc nempe antiquitus ad Landgrauios Haſſiae. Haeque occaſione, diſtinctos eſſe *Reichs-Schultheißen* & *Reichs-Erb-Schultheiſſen*, oſtendit, accurate eos a ſe inuicem ſecernens.

(5.) Factum hoc ſine vllo dubio fuit eo tempore, quo in Germania ſumma rerum potiebatur Conradus Saliquus. Huius enim *in Conſtitutione de Expeditione Romana*, (hanc Carolo Craſſo quidem tribuunt IOH. SCHILTERVS *in Com. ad I. F. Alem. pag. 399. §. 1.* LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. II. c. 42. pag. 152. et L. V. c. 3. p. 340.* MALLINCKROTIVS *de Archicancellariis L. I. Part. prior. pag. 18.* WAGENSEILIVS *l. d. p. 270.* et THVLEMARIVS *d. l. c. XVI. §. 15. p. 199.* recte tamen, ſolidisque ex rationibus adductus eam Conrado Saliquo vindicat SCHVRTZFLEISCHIVS *in Diſſ. de Expeditione Romana.* Vt perperam itaque a CONRINGIO *in Tr. de Orig. I. Germ. c. XVII. pag. 89.* et *in not. ad* LAMPADIVM *p. 164.* ſubleſtae fidei et ſeculo XII. fictam hanc exiſtimari videamus. Reperitur vero ap. GOLDASTVM *Tom. I. Conſtitut. Imper. pag. 28. ad an. 890.* et LEHMANNVM *d. l. p. 153.*) haec leguntur: *Singuli Principes ſuos habeant Officionarios, Marſcalcum, Dapiferum, Pincernam et Camerarium. Qui quatuor quanto plus etc.* Fallitur itaque *Auctor Speculi Sueuici L. I. c. 63.* inquiens: *Der geiſtlichen und weltlichen Fürſten Ampt iſt von erſt geſtifftet mit 4. Fürſten-Ampter, mit einen Cammerer, mit einen Schencken, mit einen Truchſaß und mit einen Marſchalck.* Eiusdem enim cum ipſis Principibus hanc libertatem, nunc demum Principibus Conſtitutione hac conceſſam, eſſe originis, ſibi perſuadet. Quae cum ita ſint; nemo in admirationem ducatur, ſi hodie in aulis Principum plerumque haec officia deprehendit, olim enim haec iam in iis obtinuiſſe, ſcriptores nobis teſtantur. Sic in HENRICI BODONIS *Syntagm. de Eccleſia Gandersheimenſi* ap. *Ill.* LEIBNITIVM *Tom. III. pag. 723.* et *in Chron. Steterburgenſi pag. 859. ap. eund. Tom. I.* mentio fit tum Pincernae, tum Dapiferi Henrici Leonis, vltimusque nomen Iordani habuiſſe dicitur. *Add.* de Bauariae Ducum IV. ſummis officialibus HERTZOG *in Chron. Alſatiae Lib. VI. c. p. 144.* HVND *im Bayerſchen Stamm-Buche p. 282.* De Treuirenſis *El.* KNICHENIVS *in Opere Politico P. II. p. 433.* De Saxonicis PECCENSTEINIVS *in Theatro Saxonico P. I. c. 18. p. 76.* De Landgrauiorum vero Thuringiae officialibus TENTZELIVS *in Supplem. II. ad Hiſt. Gothan. pag. 449. 50.* PAVLLINI *in Antiq. Iſenac. p. 18. §. 24.* aliique: Imo notat EYBENIVS *in Electis I. Feud. p. 607.* in more poſitum fuiſſe olim Caeſaribus, Comitatum in Principatum vel Marchionatum erigentibus, vt eidem etiam quatuor eiusdem officiales ex nobilioribus aſſignarint, (licet, et Comites iam hos IV. habuiſſe officiales, ALTESERRA *de Ducibus et Comitibus L. III. c. 8.* LAMBECIVS *in Orig. Hamb. pag. 112.* et FREHERVS *in Orig. Palatin. P. I. c. 10. p. 100.* nobis confirment) exemplo

Iulia-

Ecclesiis, (6.) communicandis nullo non tempore maxime solicitos eos fuisse repertos asseramus. O 2 §. IV.

Iuliacensium Comitum id probans. Quem tamen morem a Caroli IV. iam temporibus, et antea non amplius fuisse continuo obseruatum, ipse fateri necesse habet. add. LEHMANNVS *l. cc.* et FREHERVS *in notis ad Constitut. cit. pag.* 24. vbi, sine hisce quatuor officiis nullum iustum Principatum consistere seu haberi antea potuisse, ostendit. Ad dignitatem horum quatuor officialium in aulis Principum quod attinet, summa haec erat prae ceteris ministris, et nobilissimi quique subditorum ad id ministerium semper deligebantur. vid. SCHVBARTVS *de Comit. Palat. Caesar. pag.* 161. rationem huius rei suppeditans. FRIDERICVS a SANDE *ad Consuetudines Feudales Geldriae Tom. II. Tit. I. c. 2. n.* 14. EYBENIVS *de Tit. Nobilis* §. 43. *pag.* 854. Ceterum, sicuti ab initio officia haec non feudi lege concedebantur, sed longe demum post Principes tum seculares tum Ecclesiastici hunc morem suis in aulis introducebant: vid. EYBENIVS *in Elect. I. F. c. 9.* §. 10. *pag.* 607. Ita et nostris temporibus, ab ea consuetudine iterum recessisse Principes, videmus. In paucis enim Principum Germaniae aulis quatuor haec officia iure hereditario et feudali adhuc, sed pro libero solum Principum arbitrio conferuntur. vid. HVND *in Metropoli P. III. pag.* 390. 91. add. EYBENIVS *l. d. pag.* 609. et inprimis *pag. praeced.*

(6.) De Ecclesia Steterburgensi, eosdem ipsi fuisse quatuor officiales, ex *Chron. Steterburg. ap. Ill.* LEIBNITIVM *Tom. I. pag.* 850. confirmamur. Haec enim ibi leguntur: *Et quod ad mundi huius gloriam pertinet, secundum ritum Principum Dapiferis, Pincernis, Mareschallis, Militibus, Ministerialibus, nostram Ecclesiam gloriosissime decorauit Friderunda, Altmanni Comitis filia fundatrix huius coenobii.* Eadem quoque in Corbeiensi ecclesia obtinuisse, ex *Annalibus Corbeiens. pag* 304. ap. *Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. II.* haud vane colligimus. *Significat enim Henricus Rex anno* 1047 *infeudatis ministerialibus, et toti congregationi Corbeiensi, quod Ruthardo, electo communi Principum consilio et sententia adiudicatum sit, quod vniuersa officia Ecclesiae suae ad nutum suum sint instituenda, exceptis quatuor Principalibus, quorum bona nullius iustitiae vel astutiae interuentu ab ipsis officiis deberent alienari, et quod officiatorum filii Seniores et legitimi Patrum officiis succedant pleno iure.* Nec Archiepiscopatus Bremensis hac in re ceteris fuit inferior. Habuisse enim eum tum alia, tum haec quoque quatuor officia *Excerpta ex Chronico Bremensi* IOHANNIS RHODE, *Archiepiscopi Bremensis*, ap. *Illustr.* LEIBNITIVM *Tom. II. p* 255. *et p.* 271. probant. Ad nostra vero tempora propius si accedimus, eadem quatuor officia in Germaniae Episcopatibus adhuc inueniri videmus. Decet nos hoc de Herbipolensi SPANGENBERGIVS *in Chron. Henneberg. L. II. c. 6. p.* 43. De Corbeiensi IO. LETZNERVS *in der Beschreibung des Keyserlichen Freyen Stiffts Corbey*

§. IV.

Sicuti autem quatuor hae dignitates ad Imperatoris splendorem augendum, maxime cum ad exteros etiam Reges atque Principes deferrerentur, haud parum afferebant: (1.) Ita et Imperii ordinibus, qui illis ornati existebant, et quos hodie Archiofficiales appellamus, (2.) tanto honori ornamentoque erant, vt ceteros in Germania Principes auctoritate post se relinquerent longe multumque. (3.) Tantum sane horum erat robur atque auctoritas, vt nemo in Regem Germanorum, consensu eorum non acceden-

*Corbey c.* 15. De Paderbornensi SPANGENBERGIVS *in Speculo Nobilitatis Tom. I. L. II. c.* 24. *p.* 350. De Campidunensi Abbate, MAGERVS *de Aduocatia armata c.* 5. *n.* 419. De Bambergensi res nota est. vid. tamen de eo FREINSHEIMIVS *de Electorum et Cardinalium praecedentia Diss. III. n.* 44. FREHERVS *ad* PETRVM DE ANDLO *L. II. c.* 15. *p.* 104. et *in Origg. Palatin. P. I. c.* 15. *pag.* 127. Ceterum recte notat EYBENIVS, variisque exemplis illustrat, non Comites solum et Barones sed et Principes Ecclesiarum et Episcoporum fuisse officiales. *in Electis I. F. c. IX. §.* 10. *p.* 608. et *in Diss. de Titulo Nobilis* §. 43. *p.* 854. add. ACTA LINDAVIENSIA *p.* 598. 601. *et* 607.

(1.) vid. MALLINCKROTIVS *de Archicancellariis l. II. c. III. p.* 170.

(2.) Plures eorum appellationes vide ap. VVAGENSEILIVM *d. l. c.* 8. §. 1. *p.* 49.

(3.) vid. LEHMANNVS *in Chron. Spir L. V. c.* 3. *p.* 340. EYBENIVS *in Electis I. F. c.* 9. §. 10. *p.* 607. Hinc et fiebat, vt primum in Comitiis locum obtinerent, primi etiam in illis suffragia ferrent: Quamuis et, vt ipsi officia sua, non per alios, gererent, iis incumberet, splendoris Regii absque vllo dubio augendi caussa. LEHMANNVS *l. d.* vbi et de eorum simul agit antiquitate. Et sicuti in aula Francorum quatuor hi Officiales, quo a ceteris distinguerentur, Maiores Palatini appellabantur: vid. LEHMANNVS *d. l. L. II. c.* 13. *seq. p.* 65. BERNHARDVS *a* MALLINCKROT. *d. l. L. II. c.* 3. *p.* 168. ita, Imperio a Francis ad Germanos delato, his, tanquam Imperii Officialibus, vocabulum *Dienst-Herren*, ceteris vero ministerialibus vulgaribus nempe, nomen *Dienst-Leute* tribuebatur, quo differentia, quae inter vtrosque adhuc intercederet, ex eo appareret. EYBENIVS *d. l.* Haec etiam, non alia, subest causa, cur in Diplomate Friderici II. Imperatoris, Hagenoae Septimo Kal. Octobr. dato, Principalia Officia dicantur. add. omnino EYBENIVS *in Diss. de Titulo Nobilis* §. 42. *p.* 854.

(4.) Omni

cedente, eligi, (4.) nihil in conuentibus Imperii publicis, refragantibus his, decerni, nec quidquam a reliquis Imperii Principibus suscipi peragique illis inuitis posset. (5.) Licet autem omni tempore plurimum eorum consiliis atque suffragiis tribueretur, non poterant tamen eum in locum ab initio statim res deducere, vt ad eorum solum arbitrium Imperatoris Electio fuisset collata. Non enim iis solum temporibus, (6.) ceteri Principes in iuribus suis atque priuilegiis tuendis admodum soliciti adhuc

O 3 inue-

(4.) Omni tempore apud Germanos liberam Regis electionem obtinuisse, nulli dubitationi obnoxium existimamus. De antiquis Germanis nobis iam hoc testatur TACITVS *de M. G. c. 7.* dum ait: *Reges ex nobilitate, Duces ex Virtute sumunt.* Idem in vtroque Francorum Regno, Merouingorum nempe et Carolingorum, obtinuisse ex eorum temporum Scriptoribus apparet. Illud probant loca, a LEHMANNO *in Chronico Spirensi l. II. c.* 3. adducta, hoc EGINHARDVS *in Vita Caroli M. initio statim p. 434. ap.* FREHERVM *in Corpore Franc. Hist. Vet.* nos docet: Licet a morte Caroli M. ad Carolum vsque Crassum aliud in Germania actum, et iure successionis potius quam electionis Reguum Germaniae delatum fuisse sciamus. Non enim plane libera Regem eligendi potestare, vt antea, Germanos eo tempore fuisse gauissos, summae Regum eius aetatis potestati, qua praediti eranr, venit tribuendum. Nam simulatque illi vires horum fractas imminutasque intelligebant, in iuribus suis plene vindicandis, in primis quod ad Regis electionem attinebat, haud segnes reperiebantur, eoque simul, non iure, sed occasione solum antea se fuisse destitutos testabantur. Quo in primis Caroli Crassi exemplum pertinet, quem non solum regio honore priuabant, sed et alium eius loco, ad suum solum arbitrium omnia, idque iure, iterum reuocantes, ornabant. Idem Reipubl. Germanicae status remansit, vbi mortuo Ludouico IV. administratio eius a Francis ad Germanos redire coepit, quod OTTO FRISINGENSIS *l. VI. c.* 15. *et* 16. *p.* 125. *et* 26. *ap.* VRSTISIVM *Tom. II.* VVITICHINDVS *l. I. Annal. p.* 634. *ap.* MEIBOMIVM, et LVITPRANDVS *l. II. c. 7. pag.* 31. de delata ad Conradum I. posteaque ad Henricum Aucupem Regia in Germania dignitate loquentes, satis nobis superque confirmant. Et licet saepius in sequentibus temporibus, quod et hodie obtinere videmus, ad heredes haec transierit: factum tamen hoc non fuisse nisi libera semper Principum voluntas atque consensus accesserit nemo negabit.

(5.) vid. Dn. COCCEIVS *in I. P. c. XIV. §. 1. p.* 254.

(6.) Saeculo nempe X. XI. XII. et primis decimi tertii temporibus, quibus adhuc electio ab omni populo et vniuersis Principibus suscipiebatur. vid. scriptores *not.* 4. citati.

inueniebantur, ſed et multi erant eorum, qui, ſi non vnicuique officialium ſuperiores, pares (7.) tamen poteſtate reputabantur. His omnibus demum accedebat, quod prima aetate officia haec haud certis Principum familiis credita eſſent aſſignataque, ſed ad tempus ſolum, non totius vitae ſpatium, huic vel illi Principi tribuerentur. Id quod autem ne fieret tum priorum temporum conditio, tum quod minus firma munerum horum erat ſedes, prohibebat, Saeculo tandem XIII. exeunte efficiebatur, ceterique Imperii Principes hac aetate ab Imperatoris Electione prorſus excludebantur. Praeterquam enim quod Saeculi fere ſpatium erat elapſum, ex quo haec Archiofficia, (8.) certis familiis adiuncta, et iis Principibus tradita haec erant atque conceſſa, qui ceteros in Germania poteſtate longe antecedebant, in eaque eo magis magisque augenda in dies ſingulos magnopere allaborabant. (9.) Tandem et fatalia illa, in quae Interregnum incidebat, tempora, (10.) interueniebant, quae haud parum ſane eos in iure eligendi Imperatorem, olim omnibus Principibus communi, ante aliquod vero

citati. add. LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. V. c. XVII. p. 356. ſeq.* et CONRINGIVS *de Septemuiris* §. 22. *p.* 152. varia, haec quae probant, loca adducentes.

(7.) v. c. Marchiones Brandenburgici, Landgrauii Thuringiae, Misniae Marchiones etc.

(8.) a temporibus ſc. Friderici I. Imperatoris.

(9.) et quod viribus non valebant, aſtu quo perficerent contendebant. Eos enim principes, qui poteſtate adhuc quadam gaudebant, ſibi conciliabant, vel vnum ex illis in Imperatorem eligendo, vel filias eorum ſibi collocando. Populo vero et nobilitati, qui exigua adhuc poteſtate in electione Regis fruebantur, ne a Principibus ceteris concitarentur, ad partes ſuas trahebant, ante oculos quippe illis ponendo, quantum vtilitatis eo ad omnem Germaniam, ſi paucis ius hoc eligendi Imperatorem relinqueretur, perueniret.

(10.) Potentiſſimae enim Principum familiae, Sueuica nempe et Auſtriaca, in Conradino et Friderico, Neapoli vltimo ſupplicio affectis, defecerant. Reliqui vero Principum, qui turbis his durantibus ius ſuum vna cum aliis Imperatorem eligendi reſtaurare cupiebant, electionibus ſuis, non conſilio ſed impetu quodam ſuſceptis, modo Henrico Raſponi, modo Conrado IV. modo VVilhelmo Hollando, modo

vero tempus ab Archiofficialibus sibi solis vindicari coepto, ceteris praeripiendo iuuabant. Et cum post haec eueniret vt ipsi Principes, qui inter Archiofficiales non numerabantur, se ipsos sensim Electioni Imperatoris subducerent, parte eorum in sumtibus parcendis solicita, reliquis vero tale consilium ad ineundum summo ex odio, quod in eos qui Archiofficia haec gerebant susceperant, commotis; (haud enim eos fugiebat, omnem sibi in eligendo Imperatore vim atque potestatem officiales vindicare, ceteris vero Principibus nihil nisi consilium suppeditandi ius relinquere) non poterat sane non fieri, vt in iure hoc Principes Officiales eo firmarentur magis atque roborarentur. (11.) Quod si itaque quis ex nobis tempus illud quaerat, quo ius eligendi Imperatorem in septem illos Imperii officiales, et quos hodie Electores appellamus, transiit; asserere haud dubitamus, breui post Friderici II. tempora hoc euenisse, (12.) confirmationem vero de hoc a Carolo IV. Lege

modo Richardo Anglo, modo Alfonso Castiliae Regi, modo Ottocaro Regi Bohemiae Imperatoriam dignitatem deferentes, contemtui et indignationi populi se exposuerant, vt itaque admodum facile his septem officialibus nunc demum esset, tam egregia ipsis occasione oblata, animum eius plane a Principibus alienare, hisque exclusis, Rudolphum Habspurgicum an. 1273. eligere in Imperatorem.

(11.) Septem enim hi Archi-officiales, qui tanta potentia iam erant praediti, ceteris tenuioris fortunae Principibus, omni tempore coniunctis viribus resistebant, saepius etiam, si soli efficere id haud valebant, horum nonnullos, quia dissidia perpetua inter eos nascebantur, sibi conciliabant, vt itaque ceteri semper inferiores discedere cogerentur, ipsique fateri necesse haberent, iure solum consilium suppeditandi, non nominandi potestate in electione Imperatoris se gaudere. Vera itaque sunt quae CONRINGIVS *de Septemuiris* §. 30. *p.* 199. *seq* scribit: *Non parum officia, stata iam tum atque hereditaria, Archi-officiales in hoc eligendi iure adipiscendo iuuasse.* *add.* FVRSTENERIVS *de Suprematu* c. 42. *p.* 150. dissentiente licet FRANC. IRENICO *ad* BVRGOLDENSEM *ad Discursum X* *p.* 256. Confirmant enim primo illorum sententiam, Septemuiros officiorum titulos diu iam ante, quam Electorale axioma adhibere incipiebant, vsurpasse, tum, adhuc hodie dignitatibus Electoralibus haec ab Electoribus praeponi.

(12.) Possemus quidem ALBERTVM STADENSEM, Saeculi XIII. scriptorem, et anno 1240. iam iura eligendi hos Archi-officiales solos fuisse gauisos affirmantem, ad senten-

Lege illa Imperii publica, *Aurea Bulla*, illis demum accessisse. (13.) Nullam enim illos mereri fidem, qui iam, Ottone III. Imperii fasces tenente, (14.) ad hos eligendi hanc potestatem esse restrictam sibi persuadent, multa nos docent exempla, quae de Electio-

sententiam nostram firmandam adducere, hic enim *ad annum cit. pag.* 312. 313. *ap.* SCHILTERVM ita inquit: *Ex practaxatione Principum et consensu eligunt Imperatorem Treuirensis, Moguntinus et Coloniensis. Treuirensis enim, licet de Alemannia non sit, ratione antiquitatis eligit: Palatinus eligit quia Dapifer est, Dux Saxoniae quia Marscalcus, et Marggrauius de Brandenburg, quia Camerarius est, Rex Bohemiae qui Pincerna est non eligit, quia non est Teutonicus.* nisi ab *Excellentiss. Dn.* PRAESIDE *in S. I. R. Diss. XVI.* §. 1. *p.* 319. aliisque viris eruditis iam satis, locum hunc esse interpolatum, fuisset ostensum. Quantam etiam illi habeant fidem MAVRITIVS *in Diss. de Electoribus c.* 1. §. 10. *p.* 261. *in Opusculis.* KVLPISIVS *de Obseruantia Imperiali* §. 25. et Dn. LVDWIG *in Formula Ducatus Brandenburgici* . 6. *p.* 53. quorum prior originem Electorum, duo vero vltimi alia ex eo demonstrare allaborant

(13.) Ex sola enim obseruantia, concessione et consuetudine ius hoc ad septem hos Archi-officiales hactenus pertinuerat, nunc vero demum a Carolo IV. in eo per A. B. confirmabantur. vid. KVLPISIVS *d. l.* § 25. Testantur hoc etiam ipsa *Aureae Bullae* verba, dum ibi c. 1 §. 1. dicitur: *Laudabilem hanc consuetudinem ante iam obtinuisse, vt ad septem solum Regis Germani electio pertinuisset.* Ceterum, quam optimo consilio huius consuetudinis confirmatio a Carolo IV. sit suscepta, et quantum Reipublicae, vt perpetuo haec seruetur, inter sit, quantisque etiam malis hac saluberrima Collegii Electoralis institutione obuiam eatur, egregie demonstrat CONRINGIVS *d. l.* §. 32. et *in Differt. de Negotiis Conuentuum Imperii* §. 35. *seqq.*

(14.) Hunc et Gregorium V. Pontificem Collegium septemuirale constituisse multi eruditorum, perperam licet, sibi persuadent. In primis vero erronea hac in opinione BELLARMINVS *l. III. c.* 2. *de Translatione Imperii*, et PLATINA *in Historia de Vitis Pontificum Romanorum*, et quidem *in Vita Gregorii V. p.* 162. versantur. Sed errorem hunc iam diu confutauit ONVPHRIVS PANVINIVS *de Comitiis Imperatoriis c. VI. p. m.* 326. *seq.* quem post alios secutus LEHMANNVS *in Chron. Spir. l. V. c.* 17 *p.* 355. qui pluribus conferri potest. add. MALLINCKROTIVS *de Archi-Cancellariis l. II. c. III. p.* 171. *et c.* 4. *p.* 192. et TOLNERVS *in Histor. Palatina c. IX p.* 230. *seq.* Praeterquam enim quod nec vllam Constitutionem, quae nos de institutione hac redderet certiores, allegare possunt, nec habent etiam scriptorum eorum tem-

Electione Imperatoris ab omnibus Principibus facta testantur. (15.) Hoc interim certum est, Archiofficia dignitatibus Electoralibus esse antiquiora. (16.)

## §. V.

Merouingorum et Carolingorum aeuo officia haec omnia fuisse ambulatoria, ea quae iam attulimus (1.) satis declarant. Nec alia eorum prima Imperatorum Germanicorum aetate erat conditio, sed, quod certas ad familias nondum erant translata, modo hi, modo alii Principes ea obibant, (2.) et solius Imperatoris ad arbitrium, quos his muneribus ornare volebat, conferebatur. Durabat haec Archi-officiorum ratio ad tempora vsque Friderici I. Imperatoris, quo demum imperante certis principum familiis



temporum, qui hoc testetur, aequalem; cum tamen sine dubio hanc rem, tanti quae est momenti, si facta fuisset, hi adducturi fuissent, dum leuia quandoque facta consignata ab ipsis videmus. Nihil enim hic probare MARTINVM POLONVM, quippe qui sub Friderico II. demum vixit, facile intelligit vnusquisque.

(15.) Quae adducit ONVPHR. PANVINIVS *d. l. L. VI. pag. 328. seq.* et quibus alia adhuc addit CONRINGIVS *de septemuiris* §. 26. qui omnino conferri meretur. BELLARMINVM enim ibi confutat, et sequentibus *in* §§. ostendit, non minus etiam illos falli, qui Ottoni IV. aut Friderico II. de Electoribus Constitutionem tribuunt.

(16.) Quod probat MALLINCKROTIVS *d. l. p. 192. add.* SCHVRTZFLEISCHIVS *de VVittekindo M. p. 30.* exempli loco dignitatem Archimareschalli adducens.

(1.) *Vid. §. 2. et 3. huius sect.* add. TOLNERVS *in Hist. Palatin. p. 164.* de Carolingorum potissimum aeuo hoc probans. FREHERVS *in Origg. Palatin. P. I. c. 15. pag. 124.* SPANHEMIVS *de Vicariatu Palatino p. 267.* VVAGENSEILIVS *d. l. c. XIIX. §. 1. p. 270. seq.*

(2.) conf. VVITICHINDVS CORBEIENSIS *in Annal. L. II. in pr. pag. 642. ap.* MEIBOMIVM. DITMARVSO, *Merseburgensis Episcopus L. IV. p. 349. ap. Illustr* LEIBNITIVM. *Annales Lauterberg. ad an.* 1134. *p.* 13. *edit.* MADER. ARNOLDVS LVBECENSIS *L. III. c. 9.* OTTO FRISINGENSIS *in Chronico l. VII. c. 19. p. 149. ap.* VRSTISIVM *T. I.* Testantur haec omnia adducta sane loca nullam ante Fridericum I. Imperatorem horum Archiofficiorum firmam fuisse sedem. add. GOLDASTVS *de Iurib. Regni Bohem. l. III. c. 8. §. 14.* LEHMANNVS *in Chron Spir. l. II. c. 13. p. 64. seq.* VVAGENSEILIVS *d. l. p. 270* MALLINCKROTIVS *d. l. c. 3. p. 170.* CONRINGIVS *de Officialibus* §. 13. THVLEMARIVS *d. l. p. 306.* et TOLNERVS *d. l. p. 165. 167.* qui omnes, ne ad vitam quidem Principibus,

milijs iure, vti vocant hereditario, adiiciebantur. (3.) Sola tamen haec

bus, qui semel ea gesserant, competiisse, sed in Conuentibus Imperii singulariter iis, qui prae ceteris tunc eminebant, mandata fuisse ostendunt atque probant.

(3.) Fidem his faciunt (et sine vllo dubio maiorem esset facturus locus ALBERTI STADENSIS *ad an. 1140. supra iam cit.* nisi hic ab eruditis nimis suspectus iam redditus fuisset.) verba ARNOLDI LVBECENSIS scriptoris eorum temporum aequalis *in Chron. l. III. c. 9. p. 319.* haec nobis de Archi-officiis Friderico I. a Principibus Imperii praestitis, tradentis: *Officium Dapiferi seu Pincernae, Camerarii seu Mareschalci, non nisi Reges vel Duces aut Marchiones administrabant.* Testantur enim haec nobis haud obscure ad eosdem haec officia, ea aetate, quibus hodie administrantur, pertinuisse. Bohemorum enim Dux Vladislaus, quem Fridericus I. magno amore prosequebatur, ab eodem regia dignitate erat ornatus, vid. GOLDASTVS *de Regno Bohem. l. III. c. 10.* Brandenburgicus Marchionatus suum robur atque splendorem ab eo acceptum ferebat, et Palatini Comites sub eodem coeperant eminere. vid. FREHERVS *in Origg. Palatin. c. 10. P. I.* Ascanii vero satis iam eius beneuolentiam, Ducatu quippe Saxoniae ab eodem in Bernhardo ornati, erant experti. Quae itaque probe perpendentes, non possumus sane quin cum CONRINGIO *in Not. ad* LAMPADIVM *p. 162.* item *de Officialibus Imper. §. 14. et de septemuiris §. 30. in fin. p. 200.* KVLPISIO *d. l. §. 25. 26.* SCHVRTZFLEISCHIO *de Victricis Eccles. §. 8. et de VVittekindo M. §. 14. p. 29. seq.* FREHERO *d. l. c 10.* EYBENIO *in Electu I. F. p. 607.* aliisque, egregium hoc institutum, et quod tum aliis salutaribus rebus, tum maxime quo electio Imperatoris tandem ad paucos restringeretur, occasionem dedit Friderico huic, quippe qui alia adhuc plura ad Imperii decus, quae pertinere ipsi sunt visa, constituit, tribuamus. Licet enim MALLINCKROTIVS *d. l. p. 171.* TOLNERVS *d. l. p. 167. et 69 §. 11. 12. seq.* diuersas diuersorum opiniones recensentes nihil certi quidquam hac de re definiri posse, sibi habeant persuasum, absque vlla tamen causa in dubium, quae de Friderico I. dicuntur, reuocari ab iis, merito existimamus. Haud parum interim eos deceptos iudicemus necesse est, qui ante haec tempora iam haec Archi-officia hereditaria extitisse contendunt, antiquiorum enim scriptorum narrationi haec sententia plane aduersatur. Horum autem in numero qui sint, docet nos TOLNERVS *l. d.* Haec omnia vero hic quae profitemur, de secularibus solum Officialibus, quo intelligantur volumus, non Ecclesiasticis, quippe de quibus aliud plane nobis venit dicendum. Praeterquam enim quod ante haec tempora iam tres hi Archi cancellariatus ad eos, Maguntinum nempe, Coloniensem et Treuirensem transierint, nec simul vti illi, sed diuersis temporibus, priuilegiis iis eo concessis, obtinuerunt. MALLINCKROTIVS *d. l. p. 26. 29. seqq. et pag. 36. seqq.* vide tamen FREHERVM et TOLNERVM *cc. ll.*

(4.) Vid.

haec omnia obſeruantia (4.) adhuc, nulla lege Imperii publica nitebantur, vsque dum, *Aurea Bulla* (5.) a Carolo IV. condita, ſcriptis corroborarentur. Licet autem, publica demum hac Imperii lege confirmationem his Archi-officiis, diu iam ante ſtabilem ſedem nactis, accesſiſſe certum ſit: haud tamen negari poteſt, et ante hanc feudi iam lege ea concedi, (6.) et ipſis cum terris coniungi coepiſſe. (7.)

## §. VI.

Noſtri inſtituti ratio haud patitur, quo diutius in antiquitate et origine Archi munerum horum indaganda ſoliciti exiſtamus, ſed admonet nos, vt, ceteris relictis, illud ſolum S. R. Imperii Archi-officium antiquiſſimum, quod Archimareſchallatus, (1.) nomine



venit,

(4.) *Vid.* KVLPISIVS *d. l. §. 25.* SCHVRTZFLEISCHIVS *de Vitriciis Eccleſiae §. 8.* CONRINGIVS *de Officialibus §. 14.* EYBENIVS *d. l. pag.* 607. diſſentiente licet THVLEMARIO *d. l. c. 20. § 9. 10. pag.* 308.

(5.) *cap. XVII. per tot.*

(6.) Iis tamen feudis ſolum, quae Ambachtiae appellantur, et impropriorum in numero habentur, officia haec accenſeri eſt notum. Conceduntur enim ob officia Palatina ſeu Aulica, cum propria tamen ob militaria ſolum ſeruitia competere ſit certum. *Vid. Codex I. F. Alem. c. 113. §. 1. p. 138. edit.* SCHILTERIANAE et omnino SCHILTERVS *in Commentar. ad h. l. p. 399. et ad c. 42. §. 23. p. 258.* Haecque, non alia, ſubeſt cauſa, non Vaſallos, ſed ſpeciali nomine Miniſteriales, *Dienſtmanner*, his officiis qui funguntur appellari. *Vid.* omnino SCHILTERVS *d. l. p.* 400. *§. 2. et 3.* diuerſitatis, quae inter vtrasque intercedit, faciens mentionem. *add.* EYBENIVS *in Electis I. F. c. IX. §. 8. p. 605. et §. 10. p. 607.* Ceterum, quae vocis miniſterialis olim fuerit vis, quique ſub hac ſint comprehenſi, ex LINDENBROGIO *in Gloſſario, Codici Legum Antiquarum* ſubnexo *p. 1436.* DV FRESNE *in Gloſſario, T. II. p. 555. ſeq.* et WENDELINO *in Gloſſario Salico hac voce p. 169.* it. VOSSIO *L. III. de Vitiis Latini ſermonis c. 26.* nobis, euoluentibus eos, intelligere licet. Vltimo adhuc notamus diſſentire a nobis, quod attinet ad tempus quo in feudum dari haec officia coeperunt, EYBENIVM *d. l. pag.* 607. §. 10.

(7.) *Vid.* CONRINGIVS *de Officialibus §. 26. pag. 562.* KNICHENIVS *in Commentar. in Ius Saxon. voce Elector. c. I. n. 87.*

(1.) Ad ipſam vocem Mareſchalli quod attinet, mere Germanicam, et ex veteribus vocabulis *Mar*, quod equum veteribus Germanis denotabat, et *Schalck* ſeu *ſchalk*,

que

venit, et a longo tempore in aulis Teutonicorum Imperatorum, (2.) licet ſub alia plane quam hodie accidit conditione, viguit, ad exponendum nobis eligamus. Ante vero quam ipſam iurium, vi huius dignitatis quae competunt, enarrationem adeamus; neceſſitatis nobis videtur, vt quaedam praemittamus, quae tum ad dignitatem officii huius prae ceteris declarandam, tum fata, quae per tot ſecula ſubiit, oſtendenda quidquam conferre poſſunt. Sicuti autem ſub Francis iam dignitate reliquos officiales longe Archi-Mareſchallus ſuperabat: (3.) ita et poſteriori aeuo perpetuo hanc ſibi ſeruabat, et noſtra adhuc aetate in ſumma prae ceteris conſtitutus eſt auctoritate. Praeterquam enim quod primus omnium officio ſuo eo tempore, quo officia haec veniunt praeſtanda, (4.) fungatur, et tale ſuſtinet Archimunus, quod cum tot iuribus

quo miniſtrum prudentem experientiaque clarum illi indicabant, compoſitam eam cum CLVVERIO *in Germania antiqua L. I. c. 8. p. 69.* IOH. GEORGIO BECANO *L. II. Antiquitatum Antwerp. p. 151.* THVLEMARIO *de Octauiratu c. 16. §. 4. ſeqq. pag. 195.* CONRINGIO *de Officialibus Imper. §. 16. p. 551.* et TOLNERO *in Hiſt. Palat. c. 6. §. 7. p. 166.* exiſtimamus, in primis cum nos CONRINGIVS *d. l.* tum ex ipſis Legibus Salicis, tum et FRANCISCO HOTTOMANNO aliisque doceat, non Francorum ſolum, ſed et Germanorum dein, noſtroque demum aeuo optime hanc deriuationem conuenire. Ceterum de voce *Schalck* ſiue *Schalt*, quam varie nempe haec apud ſcriptores, medii inprimis aeui, adhibeatur, vid. omnino EYBENIVS *in Electis I. F. c. IX. §. 2. pag. 598. 99.* WENDELINVS *in Gloſſario Salico pag. 168.* GOLDASTVS *Tom. III. R. Alem. p. 109.* aliique. Vocabulum vero *Mar*, quod attinet, conferri poſſunt de hoc LINDENBRODIVS *in Gloſſario p. 1434.* DV FRESNE *in Gloſſario Tom. II. p. 435. 453. et 459.* SPELMANNVS aliique.

(2.) *Vid.* LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. V. c. 3. p. 340. add. §. 3. not. 1. huius Sect.*

(3.) LEHMANNVS *d. l. L. II. c. 13. p. 64.*

(4.) Exiſtimant quidem CONRINGIVS *de Officialibus Imper. §. 16.* LIMNAEVS *in Obſeruationibus ad A. B. c. 27. §. 2. Obſeruat. 12. pag. 576.* nihil hoc dignitatis Saxoni, qua inter ceteros officiales ob id gauderet, tribuere, quia illius aeque ac ordinis nulla hic plane in praeſtandis officiis ratio haberetur: ſed haud vera, vti tamen fieri par eſſet, hac in re eos profiteri palam eſt. Quod ſi enim nulla plane praerogatiua inde oriretur, nullo ſane nobis modo poſſumus perſuadere, quibus ex rationibus Brandenburgicus Legatus, Comes de Dohna, ſit adductus, vt, cum proxime elapſo in actu ſolenni Coronationis Glorioſiſſimi Impera-

ribus coniunctum, *(5.)* nec vti reliqua ceremoniis solis absoluitur solis. *(6.)* Quod si enim eorum temporum, quibus vel electio vel coronatio Imperatoris est suscipienda, rationem inimus, quanta non durantibus hisce actibus solennibus fruitur potestate, quotque ipsi non veniunt exercenda iura, cum ceterorum Archiofficialium tamen cura exiguis omnino finibus eo tempore terminetur. Porro, Comitia cum celebrantur, solus Archi-Mareschallus in iis apparet, tumque in aliis negotiis curandis, tum maxime in re iudiciaria administranda tantopere solicitus ibi inuenitur. Imo non quieta solum existente Republica nostra Germanica, sed et bellum si quod suscipiendum, Archi-Mareschallus Imperii statim adest, officiaque, ipsi quae peragenda incumbunt, curat, cum ceteri Archiofficiales otiosi interim relinquantur. Tandem soli etiam Archi-Mareschallo, *(7.)* praesenti, ad locum inaugurationi destinatum dum proceditur, subofficialis eius Pappenheimius praeequitat, vaginamque illius gladii, quod Archi-Mareschallus gestat,

P 3

Imperatoris Caroli VI. Palatinum, quippe quem Brandenburgicus alias dum officia praestantur, ordine atque tempore antecedit, prius munere suo fungi concedere, quod equus quo vehebatur adduci non poterat, necesse haberet, tantopere *de non praeiudicando suo Principali fu ßet protestatus. Vid. Diarium Coronationis Caroli VI. p.* 49.

(5.) Quod nobis facili negotio tum antiquioris, tum praesentis aeui Iuris Publici Doctores, in Serenissimam Saxonicam Domum, iura eius exponentes, saepius nimis iniqui, largiuntur. vid. omnino VVAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 3. p. 50.* LIMNAEVS *in I. P. L. III. c. 10. n. 27. seq. pag. 147. seq.* et COCCEIVS *in I. P. c. XIV.* §. 14. *pag.* 262. 63.

(6.) Non itaque possumus assentiri FVRSTENERIO, de Archiofficiis his in *Tr. de Suprematu Principum Germ. c. 42.* ita differenti: *Officia illa, inquit, hereditaria Imperii, Cancellarii scilicet, Pincernae, Dapiferi, Mareschalli, Camerarii, Thesaurarii, hodie magis ad solennes pompas quam publicos vsus referuntur.* Merito enim a ceteris secernendi fuissent Moguntinus et Saxo: licet de illis vera eum profiteri negari haut queat.

(7.) Hunc ita appellari nonnulli hanc subesse rationem contendunt, quia, quotquot essent Mareschallorum, omnium tamen esset praecipuus, et principem inter eos locum obtineret. vid. WAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 15. pag. 63.* diuersorum hac de re sententias diuersas adducens.

(1.) vid.

ſtat, portat. Quae ſane omnia, quot iuribus quantisque praerogatiuis prae reliquis Archiofficialibus gaudeat, ArchiMareſchallus ſatis declarant.

§. VII.

Primus qui munere Archi-Mareſchalli, quo proprio et perpeto iure illud posſideret, eſt ornatus ſine vllo dubio fuit Bernhardus Aſcanius, (1.) qui proſcripto Henrico Leone, (2.) obtinuerat a Friderico I. Imperatore dignitatem Saxonicam Ducalem. Licet enim haud negemus, tum multo iam ante in Teutonicorum Imperatorum aulis Archi-munus hoc viguiſſe, tum etiam Saxoniae Duces ante Friderici I. tempora eo iam fuiſſe functos: (3.) Falſum tamen eſt, prius habuiſſe illud hereditariam legem quam ad Bernhardum fuit delatum. Nec quis forte nobis obiiciat, cum Bernhardi tum Alberti I. et II. Aſcaniorum in Diplomatibus nullam prorſus tituli Mareſchalli fieri mentionem, ideoque non immerito nimis adhuc incerta omnia, quae de ad Bernhardum facta Archi-Mareſchallatus translatione memorarentur, eſſe iudicanda: tribuendum enim hoc eſſe partim inuidiae Principum, quam Aſcanii metuebant, partim eorum temporum conſuetudini, multos titulos vſurpare quae vetabat, aſſerere haud dubitamus. Idque eo firmius certiusque quo credamus, tum aliis ex rationibus tum hac potisſimum adducimur, quod titulum hunc a Rudolpho I. filio Alberti II. in iure hoc magis ſe nunc demum firmatum ſtabilitumque cognoſcente, non vindicatum ſolum ſed et perpetuo ab eo vſur-

(1.) vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alb. III. p. 149. et de VVittekindo M. §. 14. p. 30.* TOLNERVS *in Hiſt. Palatin. p. 117.* qui vltimus hac in re omnino eſt conferendus.

(2.) OTTO DE ST. BLASIO *c. XXIV. in Appendice ad Lib. VII.* GREGORII TVRONENSIS *p. 209. ap.* VRSTISIVM *Tom. I.* ARNOLDVS LVBECENSIS *in Chron. Slau. L. II, c. 24. n. 8. p. 276.*

(3.) Vt Bernhardum ſolum Saxoniae Ducem, ceteros omittentes, adducamus, cui officium hoc Archimareſchallatus ab Ottone III. ob ſtrenuam contra hoſtes eius in Italia, in primis vero Creſcentium, Conſulem Romanum, impenſam operam tributum

vſurpatum ex literis eius docemur. (4.) Ceterum Saxoniae Ducum Proſapiae dignitatem hanc additam fuiſſe traditamque, cum CONRINGIO (5.) tum ſummae eorum, qua nullo non tempore in Germania pollebant, auctoritati, tum etiam hoc munere in curiis Imperialibus eos ſaepius iam fuiſſe defunctos, tribuendum iudicamus.

§. VIII.

Aſcanii, vbi ſemel perpetuo iure ArchiMareſchalli dignitatem obtinuerant, quo iuſto ordine ad ſucceſſores eam transmitterent, et titulum, quem Rudolphus I. Elector genti ſuae primus vindicabat, nullo non tempore adhiberent, et quauis occaſione, (1.) iura, quae dignitas haec ipſis tribuebat, conſeruarent, ſummae ſibi eſſe curae iubebant. Quorum demum vltimo Alberto III. an. 1422. e vita diſcedente, ad Sereniſsimos Landgrauios Thuringiae Misniaeque Marchiones vna cum Electoratu perueniebat, ex iisque primus de Archimunere hoc qui inueſtiebatur erat Fridericus Bellicoſus (2.). Hic vero, tam inſigni officio ornatus ſemel

butum CRANTZIVS in *Vandalia L. III. c. 15.* LEHMANNVS in *Chron. Spirens. L. V. c. III. p. 341.* FREHERVS in *Origg. Palat. P. I. c. 15. pag. 126.* aliique nobis teſtantur.

(4.) Probant haec omnia Aſcaniorum Diplomata, quorum duo SCHVRTZFLEISCHIVS in *Diſſ. de Vitricis Eccleſiae §. 8. p. 10. ſeq.* adducit et in quorum vno ab Alberto II. nempe dato, Archi-mareſchalli axioma non occurrit, in altero vero, quod Rudolphum I. auctorem agnoſcit, invenitur.

(5.) *de Officialibus Imperii §. 15 p. 550.*

(1.) Sic, in electione Philippi in Regem Germaniae vna cum ceteris Archi-officialibus Saxoniae Ducem Albertum II. apparuiſſe, conſtat. vid. CONRINGIVS *de Officialibus Imper. §. 15. p. 550.* Et cum anno 1247. inauguratio VVilhelmi Imperatoris ſuſciperetur, quae apud GOLDASTVM *Tom. 6no. Conſtit. Imper. pag. 347.* memoriae prodita, inuenitur, Rudolphum II. Saxoniae Electorem gladium illi, Archi-mareſchalli munere fungens, porrexiſſe videmus, hoc dicendi genere vſus: *Accipe ſceptrum Regium, vt rebelles ſeuera correptione potenter affligas, omnesque beneuolos in tranquilla pace gubernes.* add. VVAGENSEILIVS *d. l. p. 60. §. 12.*

(2.) Anno ſc. 1426. *vid.* omnino SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxonum dignit. §. 11. p. 18.* De eadem conceſsione, a Sigismundo Imperatore Friderico Budae facta, teſta-

mel atque auctus, quo nullum tempus ad dignitatem vi eius competentem ostendendam intermitteret, magnopere allaborabat. Et cum Serenissimi Principes eius Posteri non minori studio atque ardore, Diui quippe parentis in vestigia insistentes, idem conarentur; non poterat sane non fieri, quin haec Archi-Mareschalli prouincia sarta ipsis semper tectaque remaneret, (3.) et tandem ad hodiernum POTENTISSIMVM SAXONIAE ELECTOREM, FRIDERICVM AVGVSTVM, deferreretur.

§. IX.

Ad ipsa nunc demum iura, ratione Archimareschalliae Serenissimis Saxoniae Electoribus quaesita, quo ceteris, adhuc quae forte essent monenda, relictis accedamus, summae nobis esse videtur necessitatis. Veremur enim, ne tempore aeque ac loco horum enarrationi destinato priuemur, si in iis, quae ad originem eorum atque antiquitatem solum ostendendam erant afferenda, diutius haereamus. Neque multa de eorum dignitate atque excellentia praestari vllius iudicamus esse vtilitatis, amplissima enim ea esse prorsusque luculenta, omnes, in ea quae de illis sumus adducturi inquirentes, fateri veritatis amore trahentur. Apparebit enim tunc sane discrimen, quod inter Archi-Mareschallum ceterosque Archiofficiales intercedit, insimulque nobis praebebunt assensum, iura horum, ad solam quippe coronationis panegyrin quae attinent, cum huius, ad alias solennes actus sese subinde porrigentibus, nullo modo comparari posse. Quo vero omnia probe a se invicem secernantur, nec ea iura, quae in electione atque coronatione Imperatoris exercentur, cum Comitialibus, aut haec iterum cum iis, quae Vicariatus tempore et in expeditionibus bellicis obseruanda veniunt, confundantur, omnis nunc demum diligentia nobis erit adhibenda. §. X.

testatur etiam GOLDASTVS *in Reichs-Satzungen P. II. p. 102. ad an. 1426.* it. KNICHENIVS *in Commentar. ad Ius Saxon. p. 26. c. 3.* a quo tamen perperam annum 1423. substitui notandum est.

(3.) Licet enim saepius de diuersis vi huius dignitatis competentibus iuribus lites ab aliis Serenissimis his Principibus sint motae: frustraneum tamen semper eorum fuisse conatum breui sumus ostensuri. (1.) In-

## §. X.

Primo itaque loco iis de officiis, quae Sereniſſimo Saxoniae Electori qua Archi-Mareſchallo in Electione Imperatoris curanda veniunt, et quorum omnium curam Vice-Mareſchallo Pappenheimio (1.) relinquit, nobis erit dicendum. Tempore enim electioni deſtinato inſtante reddit de hoc Pappenheimium Archi-Mareſchallus certiorem, (2.) addito mandato, vt locum electioni delectum adeat eaque ſibi alias expedienda quae eſſent, ſuo loco celerrime diligentiſſimeque curet. Hinc Vice-Mareſchallo incumbit vt vel ipſe, (3.) ſtatim hunc locum petat, vel Metatorem, (4.) eum

Q

(1.) Inueſtitur quidem tota Pappenheimiorum familia de Vice-Mareſchallatu a Potentisſimis Saxoniae Electoribus, omnesque ex ea libertate, inſignia, vi eius competentia, adhibendi gaudent, vnus tamen ſolum ex iis, qui aetate nempe reliquos praecedit, in officio hoc peragendo ſolicitus inuenitur. vid. *Literae inueſtiturarum* a Chriſtiano II Saxoniae Electore Comitibus de Pappenheim ratione Vice-Mareſchallatus conceſſae, quas huic ſect. ſubiiciemus. SIXTVS SOMMERVS, Vice-Mareſchalli Pappenheimii quondam ſubſtitutus, in ſcripto germanico tempore Ferdinandi I. Imperatoris confecto, de iis quae Mareſchallo vi ſui officii competunt peragenda, *in cap. Von des H. Reichs Erb-Marſchall-Ampts Verwaltung insgemein.* Reperitur vero hoc SOMMERI ſcriptum ap. LIMNAEVM *in I. P. Tom. V. Addit. ad L. III. c. VII. n. 75. p. 177.* CARPZOVIVM *de L. Regia c. X. ſect. 6. n. 28.* et THVLEMARIVM *de Octouiratu p. 358.* add. CONRINGIVS *de Officialibus Imperii §. 16. p. 551.* LIMNAEVS *in Obſeruationibus ad A. B. c. XXVII. §. 6. Obſ. 14. ſeqq. p. 614. ſeq.* et *in I. P. Tom. V. Additt. ad L. III. c. 6. p. 73.* Impedito vero ipſo Pappenheimio ſeniore, nec vllo ex agnatis eius, ad quem prouincia haec, (in quo tamen eligendo nulla ipſi aetatis ratio eſt habenda) deferri poſſet, extante, horum omnium aulae Caeſareae Mareſchallus ſuſcipit curam, probante hoc ipſa *A. B. t. XXVII. §. 16.* add. LIMNAEVS *in Not. ad cit. text.* et *in I. P. L. III. c. 10. n. 19. ſeqq.*

(2.) vid. *Diarium Electionis Caroli VI. pag. 23.* vbi Literae Potentisſimi Poloniarum Regis et Saxoniae Electoris Friderici Auguſti ad Pappenheimium datae adducuntur. add. SOMMERVS *d. l. c. cit.* et *in cap. Von der Einführung pag. 362.* ap. THVLEMARIVM *d. l.* et THVLEMARIVS *d. l. c. XVI. §. 14. p. 198.*

(3.) vid. omnino *Literas nota praeced. cit.* et SOMMERVS *d. l.*

(4.) vid.

(4.) eum adire iubeat, quo omnia auxiliante Senatu ciuitatis rite ordinentur atque disponantur. Qui vbi ad locum accessit, eumque tum ab hoste tutum, tum morbis immunem cognouit, deque aliis, quae ad solennem hanc curiam celebrandam requiruntur, cum Senatu collocutus, (5.) quae omnia tandem Archi-Mareschallo veniunt nuncianda, (6. in domiciliis explorandis eligendisque, (7.) ad quod negotium peragendum nonnulli ipsi ex Senatu sunt associandi, (8.) ceterisque ordinandis, (9.) solicitus inuenitur. His peractis, Principum aduentum vt expectet, necesse est, quo illis habitationes electae, et in certas classes iam distributae, quibus tamen in assignandis Principum conditionis ratio ipsi est habenda, tribui (10.) ab eo queant. Excipit haec cura alimentorum,

(4.) vid. *Literas cit. ib. et Diarium cit. p. 26.* vbi missum eum a Pappenheimio cum Literis ad Senatum Francofurtanum videmus. add. SOMMERVS *d. l.*

(5.) vid. *Diarium c. l. p. 26.*

(6.) SOMMERVS *d. l. cap. Von der Einführung.* add. LIMNAEVS *in I. P. Tom. V. Addit. ad L. III. c. 12. n. 73.* et *Diarium Electionis cit. p. 23. in Literis Electoris cit.*

(7.) SOMMERVS *d. l. p. 362. cap. cit.* Ceterum, quomodo de hoc iure exercendo saepius motae sint Pappenheimio a Senatu ciuitatum controuersiae, ex *Decreto Rudolphi II.* quod an. 1582. d. 17. Sept. in Comitiis Augustae Vindelicorum habitis, ad omnem controuersiam inter eos dirimendam promulgauerat, et a LONDORPIO *Actorum Public. Tom. I. L. I. c. 50. p. 163.* adducitur, apparet. Durauit haec lis ad an. 1614 quo demum Matthiae Caesaris, Bauari et VVürtenbergensis Ducum interuentu Augustae Vindelicorum plane componeretur, hocque ius vna cum aliis, in dubium huc vsque a Ciuitatibus vocatis, Archi-Mareschallo relinqueretur. Exhibet ipsam *Transactionem* tum LONDORPIVS *d. l.* tum KNIPSCHILDIVS *in libro de Ciuitatibus Imperial. L. II. c. 1. n 95.*

(8.) vid. *Transactio cit. de an.* 1614. §. *Vnd erstlich. etc. p. 164. d. l.* et *Diarium Elect. Car. VI. cit. p. 26.*

(9.) quo pertinet etiam exploratio curiae aliarumque aedium publicarum vid. *Transact. cit. §. VVas für das etc. ib. p. 165.* add. *Diarium Elect. cit. p. 76. in fin.*

(10.) Nemo enim Statuum Imperii eorumue legatorum aedes, antequam ipsi a Pappenheimio fuerunt assignatae, occupare, aut propria auctoritate commotus, quasdam sibi ad habitandum eligere potest. Tantum abest, vt Senatui oppidano de his prospicere concedatur. vid. SOMMERVS *d. l. in cap. Von Käyser, Fürsten Vnd Stän-*

et conclaui, (18.) in quo Electores congregantur, diligentiam ipse adhibet, ne literae ad eos perferantur, vel ab ipsis dimittantur, aut quisquam ad eos accedere queat. Tandem ipsi cum Archi-Mareschallo incumbat, quo omnia quiete suscipiantur atque peragantur, omnibusque turbis atque seditionibus, quantum fieri potest, obuiam eatur; (19.) necesse quoque est vt tam diurnarum excubiarum, quam nocturnarum vigiliarum rationes ad eum deferantur. (20.)

§. XI.

Horum quidem omnium cura electione peracta, et Principum eorumque legatorum discessu finitur, statim vero redeuntibus his, actuque coronationis solenni initium capiente, renouatur, (1.) multisque aliis adhuc iuribus et officiis, durante eo exercendis, augetur. Praeterquam enim quod de hospitiis ac alimentis aeque ac in electione prospicit, Senatum vero oppidanum de omnibus vt antea probe curandis admonet: (2) et Metatorem Imperii, quo missos ob Aquisgranensibus et Norimbergensibus, Imperiique Cleinodia afferentes, ante portas excipiat, discedentesque



a quo dein electionis die apparente accipit Pappenheimius, qui etiam finitae hoc actu solenni huic restituit. *Vid. Diar. cit. Part. II. p. 21. in fin.*

(18.) vid. *Acta Electionis Matthiae ap.* GOLDASTVM *in Politicis Imperialibus P. I. c. 24. p. 173.* it. *Historia Actus Electionis Ferdinandi III.* THVCELIVS *in Actis Electionis et Coronationis Iosephi p. 61. et 65. Diarium Elect. Caroli VI. P. II. p. 17.* add. SOMMERVS *d. l. cap. Von des H. Reichs Erb-Marschall Ampts-Verwaltung insgemein, p. 359.* ap. THVLEMARIVM *d. l.* THVLEMARIVS *c. XXIV. §. 69. p. 459.* a metatore quandoque hoc fieri obseruans. et WAGENSEILIVS *d. l. c. IX. §. 19. p. 109.* vbi de obseruantia antiqua quaedam notatu digna habet. Pappenheimius vero foribus, ab eo clausis, claues seruat, totaque electione durante ad eas assistit nec recedit.

(19.) vid. *Policey-und Tax-Ordnung* Io. Georgii II. et Friderici Augusti, Electorum Sax. *supra not. 12. b. §. cit.*

(20.) vid. SOMMERVS *d. l. cap. Von der VVache p. 359. d. l.* adde *Transactionem de an. 1614. §. als zum fünfften pag. 65. d. l.*

(1.) vid. VVAGENSEILIVS *d. l. c. IX §. 6. p. 90.* add. SOMMERVS *d. l. c. Von des Heil. Reichs Erb-Marschal-Ampts Verwaltung insgemein p. 358.*

(2.) vid. *Diarium Coronationis Caroli VI. p. 9.*

(3.) vid.

tesque comitetur iubet, (3.) ipſe autem Imperatori recens electo tum ciuitatem intranti, (4.) tum quauis in ſolenni pompa proceden-

(3.) vid. *Diarium cit. p. 10. et 15. add. p. 58.*

(4.) SOMMERVS *d. l. in cap. Von Einreitung und ſtation auf allen Käyſerlichen Hof- oder Reichs-Tagen, pag. 364. d. l.* it. *in Cap. Von Schwerdt-Vertragen p. 360.* Praeſens ſi eſt Archi-Mareſchallus ipſe, vbi ante aduentum Imperatoris ordines, in campo Caeſarem exſpectantes, inſtruxit, officio hoc fungitur, (vt patet ex *Actis Coronationis Maximiliani I. ap.* GOLDASTVM *in Politicis Imperial. P. I. pag. 92. ſeq.* cui actui Erneſtus Elector Saxoniae ipſe interfuit. ex *Actis Electionis et Coronationis Matthiae ap. eundem c. l. P. I. pag. 171. ſeqq.* Vbi, gladium Io. Georgium I. Saxoniae Electorem geſtaſſe, memoratur) Pappenheimio interea, cum ſcipione, muneris indice instructo, ceteros Principes et Electores, Metatore vero Imperii totum agmen vna cum Archi-Mareſchalli copiis et familia praecedente. SOMMERVS cc. ll. add. HARTMANNVS MAVRVS *in Deſcriptione Coronationis Caroli V. apud* GOLDASTVM *in Politicis Imper. P. III. pag. 267.* vbi controuerſia de praeequitando agmenque totum ducendo (iure Archi-Mareſchalli copiis et familiae competente) inter legatum Saxoniae Electoris, Principem Anhaltinum et Archi-Mareſchalli vice fungentem, et Ducem Iuliacenſem anno 1520. cum Carolus V. Aquisgranum ingrederetur orta enarratur. Hanc tamen pro Saxone deciſam vide in *Declaratione Caroli V. de Ordine egreſſus et ingreſſus Principum Imperii in Comitatu Imperatoris ap.* GOLDASTVM *Tom. III. Conſtitt. Imper. pag. 510. ad an. 1530.* Abſente vero eo, Vice-Mareſchallo ius hoc competit, vid. *Acta Coronationis Caroli V. ap.* GOLDASTVM *d. l. P. III. p. 269. et ſeqq.* THVCELIVM *in Actis Electionis et Coronationis Ioſephi p. 70. Diarium Coronationis Caroli VI. p. 22. et ſeqq.* nec alii ab Archi-Mareſchallo quam huic poteſt demandari, SOMMERVS *ll. cc.* niſi ipſe Pappenheimius, docente nos hoc SOMMERO *ib.* ſponte ſua vel Electoris filio Principi Primogenito, vel eius Sereniſſimis Principibus agnatis hoc gladii geſtandi ius concedere velit. Ceterum, quibus in caſibus Aulae Caeſareae Mareſchallo loco Pappenheimii enſem Imperatori praeferre poteſtas competat, docemur ex *Capitulatione Ferdinandi II. art. 41 Ferdinandi III. art. 48. et IV. art. 47. Leopoldi art. 46. Ioſephi art. 45. et Caroli VI. art. 3.* add. *Anonymus in Conſultatione de Praecedentia et iure der Erb- und Hof-Aembter quam integram* LIMNAEVS *Iuri P. L. III. c. 7. n. 75. p. 78.* inſeruit. Ante vero quam aduentus Imperatoris appropinquat, conſilia Pappenheimio cum Electorum Mareſchallis et Conſiliariis eo tempore veniunt ineunda, quo ſingulis de modo excipiendi Imperatorem conſtare, quae ad ornandum hunc introitum pertinent comparari, omniaque absque diſſidiis et turbis peragi queant. vid. GOLDASTVS *Tom. II. in Reichs-Satzungen pag. 185.* vbi *Decre-*

rum, in eo potiſſimum quae conſiſtit, vt Senatui loci illius iniungat ad id quo ſit intentus, ne annonae aeque ac aliarum rerum, quarum vt copia eo tempore quo actus ſolennes peraguntur, exiſtat neceſſe eſt, durante hac electione defectus appareat, ſed in iis vndique apportandis operam impendat. (11.) Et cum non ſufficiat copiam omnium rerum ibi reperiri, Archi-Mareſchallus vel eius loco Pappenheimius pretium iis iuſtum ac legitimum, confecta ob id conſtitutione, imponit, (12.) et ne peregrini in iis comparandis nimis laedantur, cauet. Omnibus itaque probe conſtitutis, et Principibus, electioni qui intereſſe debent, praeſentibus; Pappenheimius cum eoque Metator hos, quoties ad curiam conſiliorum ineundorum cauſa ſe conferunt, excipiunt, atque in concla-

Q 2 ve

*Stände Quartier p. 364. d. l.* qui tamen curam Pappenheimii ad aulam Caeſaream, quippe quae ſolum aulae Caeſareae Mareſchallum attingeret, ſe minus extendere monet. et inprimis *Transactio cit. d. l. §. Vnd erſtlich p. 164.* KNICHENIVS *in Opere Politico P. II. p. 1297.* BERTRAMVS *de Comitiis l. V. §. 27.* add. *Literas Electoris Sax. ad Pappenheimium iam ante cit. in Diario Elect. p. 23.* Quid vero tunc obtineat, ſi quis Principum proprias in ciuitate illa vel electioni, vel coronationi, vel Comitiis deſtinata poſſideat, pluribus docet VVAGENSEILIVS *de ſummis Imperii officialibus c. IX. §. 11. p. 98. ſeqq.* qui omnino conferri meretur. Ceterum notandum eſt, Principibus aduenientibus, poſteaquam de eorum aduentu certior ab iis eſt factus, vid. *A. der Grundfeſte des H. R. Reichs P. I. c. 6. p. 38.* et *Literae Electoris cit.* ab ipſo Pappenheimio, eorum vero legatis a Metatore ſolum Imperii aedes aſſignari. vid. VVAGENSEILIVS *d. l. §. 8. p. 91.* THVLEMARIVS *d. l. p. 356.* Plane tamen de iis ſoliciti non ſunt Pappenheimius et Metator in hoſpitiis ipſis aſſignandis, qui non in Principum et Statuum numero habentur, aut ab his, miſſos ſe eſſe profitentur. vid. ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. §. 61. p. 379 ſeqq.*

(11.) vid. tum *Literae El. Archimareſchalli ad Pappenheimium*, tum *quae ad Senatum Francofurtanum ab eo ſunt datae*, itemque *in Diario Electionis cit. pag. 24.* extant. Vt itaque, et hic Pappenheimium delegata vti poteſtate, pateat, quia in *his literis* ab ipſo Archi-Mareſchallo Senatui Francofurtenſi haec ſimul curanda iniunguntur.

(12.) vid. *Transactio cit. de an. 1614. p. 165. ap.* LONDORPIVM *d. l. §. VVann es aber etc.* SIXTVS SOMMERVS *cap. Von der Tax - Ordnung pag. 370. d. l* Add. *Policey - und Tax - Ordnung* a Ioh. Georgio II. Saxoniae Electore anno 1658. Francofurti ad Moenum in Electione Diui Leopoldi publicata. in *Diario Europ. Tom.*

ve deducunt, difcedentesque comitantur. (13.) Appropinquante demum electionis die, omnes peregrinos vrbem egredi iubet, (14) deque rebus, ad actum electionis rite adornandum necessariis, cum Electorum Marefchallis confilia incipit conferre. (15.) Dum vero in eo iam occupati funt Electores ipfe electionis actus vt fufcipiatur, claues a Pappenheimio, portis ciuitatis antea ob eo claudi iuffis, (16.) in conclaui, electioni Imperatoriae dicato, deponuntur, (17.) quo nemini ea aetate ciuitatem adire, vel egredi ex ea permittatur. Eandem vero et in cuftodiendo templo et

*Tom. I. pag. 935.* it. quam Potentiffimus Poloniarum Rex Fridericus Auguftus, in Electione Caroli VI. qua Archi-Marefchallus confici curauit *in Diario Electionis Caroli VI. p* 116. In hac ipfa vero conftitutione annonaria conficienda nonnulli ex fenatu funt adhibendi, vti tum ex *Transactione citata*, tum *ordinationibus* adductis apparet: Ceterum, omnia ibi conftituta quo eo melius obferuentur, Archi-Marefchallo iurisdictionem in quofcunque delinquentes aut rixantes, modo magiftratui ciuitatis illius non fint fubiecti, competere eaedem Conftitutiones cit. nos confirmant. add. THVLEMARIVS *c. XVI. §. 14 p. 198. feq.*

(13.) vid. *Diarium Electionis Caroli VI. pag.* 82. 83. 84. 85. 86. 87. *feq.*

(14.) Legem Imperii publicam A. B. infpicientes, ciuibus hoc ius quidem tributum inuenimus: *Vid. cap. I. §.* 25. 26. Sed cum tanta eorum haud fit auctoritas vt exteros Principes, fi facere hoc recufant, ad id commouere queant; neceffe fuit vt Archi-Marefchalli curae temporis fucceffu hoc relinqueretur. Perperam itaque LIMNAEVS *ad h. l. Obf. 18. p. 260.* folius vrbanitatis gratia monitum Archi-Marefchalli ad Principes et ceteros fieri fibi perfuadet, dum neceffitati potius hoc tribuere ipfi opus fuiffet, reprehenfus ob id etiam a VVAGENSEILIO *d. l. c. IX. §. 18. p.* 106. *feq.* add. SOMMERVS *l. d. in cap. Von der VVach p.* 359. *d. l.* Quid eo vero tempore, quo eligendus erat Leopoldus, hac de re fit actum THVLEMARIVS *d. l. c. XXIV. §. 60. feq. p. 453. feq.* ex actis publicis prolixe aeque ac eleganter oftendit, qui omnino conferri meretur. add. *Diarium Electionis Caroli VI. p. 123. feq.* vbi et *Decretum*, a Collegio Electorali hac in caufa Pappenheimio ad publicandum traditum, exhibetur. *add. p. 126. feq. ibid.*

(15.) vid. *Diarium cit. l. pag.* 126.

(16.) vid. SIXTVS SOMMERVS *d. l. in cap. Von der VVach p.* 359.

(17.) vid. *Hift Actus Electionis Ferdinandi III.* THVCELIVS *in Actis Electionis et Coronationis Iofephi p. 62. et Diarium Electionis Caroli VI. p.* 131. 32. *et Part. II. p. 2. add. p. 17. ib.* Ceterum claues portarum pridie a Senatu Electori Moguntino traduntur, a quo

cedenti, (5.) gladium imperialem exsertum euaginatumque praefert, (6.) eoque non Imperatoris solum splendorem auget magisque ornat, sed et quanta sit eius Maiestas atque Imperium omnibus satis declarat. Praesente autem Imperatore, diem solennibus coronationis constitutum pridie Electoribus aut eorum Legatis ceterisque Imperii Statibus atque Principibus nunciat, (7.) ipso-

*Decretum Electorum*, de solennibus inaugurationis an. 1520. confectum, exhibetur. Probe tamen monet SOMMERVS *l. d.* si Principes Electores de modo et ordine, hac occasione obseruando, inter se convenire nequeant, Pappenheimio vt ipsum Imperatorem adeat incumbere, quo statuat de his atque decernat.

(5.) Contingit hoc primo, dum ad templum inaugurationis peragendae causa proceditur, dein, redeuntibus Electoribus cum Imperatore ex templo, tum, quando conuiuio solenni peracto, Caesar Palatium, ab Electoribus Principibusque ceteris stipatus, petit. Tandem, si Imperator ad homagium a Ciuibus vrbis, in qua coronatio peracta, sibi praestandum curiam adit. vid. *Acta Coronationis Maximiliani I. ap.* GOLDASTVM *d. l. P. I. p. 94. 98. 99. Caroli V. ib. P. III. p. 270. 272. 273. Maximiliani II. ap. eund. P. I. p.* 149. 150. *Matthiae ib. P. I. p. 176. 178. Iosephi ap.* THVCELIVM *p. 70. et 77. Diarium Coronationis Caroli VI. pag.* 34. 39. 48. 55. 71. add. CONRINGIVS *in Diss. de Septemuiris* §. 46. *p.* 210. MAVRITIVS *in Not. ad Capit. Leopoldi p.* 781. VVAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 5. p. 51.* THVLEMARIVS *d. l. c. 16. §. 17. p. 200.* Ceterum, quid tunc demum obtineat si eligendus est Rex Romanus, Imperatore inprimis praesente, docent *Acta cit. Maximil. I. dd. ll. Maximiliani II. dd. l. l. Matthiae d. l. p.* 173. *Iosephi d. l. p.* 64. 65. *et* 68.

(6.) Summum est hoc ius, et a primis Germanicae Reip. temporibus Archi-Mareschallo iam competens, vid. OTTO FRISINGENSIS *in Histor. L. VII. c. 9. apud* VRSTISIVM *Tom. I.* ARNOLDVS LVBECENSIS *L. III. c. 9. n. 4. p.* 319. *et L. VI. c. 2. n. 2. p.* 451. aliaque *supra* iam citata loca, denuoque *A. B. cap. XXII. et XXVI. §. 3.* confirmatum. Vt itaque plane ignoremus quibus ex causis VVenceslaus de Bohemia Lüzemburgicus Dux, et Caroli IV. frater, litem de hoc iure cum Rudolpho II. Ascanio Electori in Comitiis Metensibus, quibus Aureae Bullae altera pars promulgabatur, dum postea VVenceslao Ascanio in Coronatione VVenceslai, an. 1376. Aquisgrani peracta, mouere sit adductus. Nullo enim tale quid ad suscipiendum iure fruebatur, et ipsis adeo Legibus Imperii refragabatur. vid. omnino *Magnum Chronicon Belgicum ad an.* 1371. *pag.* 326. *ap.* PISTORIVM *Tom. III. R. G.* totam controuersiam pluribus exponens. add. IO. IAC. CHIFLETIVS *in Commentario Lotharienfi c. XXIII. p. 98. edit. Antwerp. de an.* 1649. *in f.* LIMNAEVS *de I. P. Tom. II. Additt. ad L. III. c. 10. n. 28. et Tom. II. Additt. p.* 109. it. *in Obs. ad*

(7.) ipsoque coronationis die illucescente Electores curiam adeuntes ibi exspectat, cum iisque aulam Caesaream petit, (8.) quo Imperatorem statis solennibusque ceremoniis adhibitis in templum deducant. (9.) Huc vbi peruentum est; locum suum ante Imperatoris sellam cum ceteris officialibus statim occupat Mareschallus, (10.) eundemque breui post ad conclaue, Regio ornatu ibi vt induatur, se conferentem cum reliquis antecedit, nec minus redeunti adest. (11.) Ipsa demum inauguratio dum suscipitur, gladium Caesari aptat, (12.) hacque finita vbi thronum Regium Impe-

*ad A. B. c. XXII. Obs. 3. Auctor des Europaeischen Herolds P. I. p. 250.* qui omnes enarrati scriptores, qua ratione Imperator his diffidiis remedium praebuerit, ostendunt, insimulque, nihil eo Serenissimorum Saxoniae Electorum iuri, hac de re quaesito, fuisse detractum, vno ore testantur. Id quod et ex eo apparet, quod postea Sigismundus Imperator an. 1415. speciali Diplomate denuo ius hoc Serenissimis Saxoniae Electoribus confirmauit. Exhibent has literas *A. des Europaeischen Herolds c. l. et* LVNIG *in Teutschen Reichs Archiu Part. Spec. P. II. p. 5. seq.*

(7.) vid. THVCELIVS *in Actis Electionis et Coronationis Iosephi p. 69. Diarium Coronationis Caroli VI. p. 26.* ex quo inprimis docemur, ab ipso Pappenheimio fieri hanc denunciationem necesse esse. add. VVAGENSEILIVS *d. l. c. IX. §. 12. p. 10.*

(8.) *Diarium cit. pag. 31.*

(9.) vid. *supra not. 5. huius §.*

(10.) ad dextram nempe Imperatoris, vid. *Diarium cit. p. 35. 36.* Notandum tamen hic est, sicuti alias gladium semper cuspide eius in altum erecto manu tenet, ita, missa initium capiente, extremum gladii terram versus ab eo dimitti. vid. SIXTVS SOMMERVS *l. d. in cap. Vom Schwerdt vortragen p. 361. ap.* THVLEMARIVM.

(11.) *Diarium cit. p. 39.*

(12.) Pertinebat hoc olim ad consecratorem. Sic in coronatione Ottonis M. a VVITICHINDO CORBEIENSI *L. II. Annal. in pr. p. 642. ap.* MEIBOMIVM *Tom. I.* memoriae prodita, Maguntinum, eo tempore consecratoris munere fungentem, gladio ipsum ornasse videmus. add. LEHMANNVS *in Chron. Spirens L. V. c. 3. p. 339.* Successu tamen temporis officium hoc Archi-Mareschallo est tributum, manus tamen quandoque Electoribus secularibus ceteris commodantibus. Vid. *Inauguratio Maximiliani II. ap.* GOLDASTVM *in Politicis Imperial. P. I. p. 150. et in Reichs-Handlungen pag. 267.* in qua solum Saxonem hoc fecisse apparet. *Actus Coronationis Matthiae ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imp. P. I. p. 177.* THVCELIVS *in Descriptione coronationis Iosephi p. 74.* quae duo vltima scripta de accommodatione ensis ab omnibus Electo-

Imperator aſcendere coepit, ad dextram illius partem accedit, (13.) eique, in creandis equitibus (quorum nomina numerumque pridie Imperatori electo indicari neceſſe eſt, (14.)) mox initium facienti, gladium eundem ſtrictum miniſtrat. (15.) Quibus omnibus autem peractis, Caeſar e templo rurſus dum egredirut, gladium manu tenens eum praecedit, ceteris interim Archiofficialibus eundem ordinem (quo in ingreſſu fuerant vſi) ſeruantibus inſigniaque geſtantibus. Poſteaquam igitur Imperator cum Electoribus reliquoque Principum et Procerum comitatu ad Palatium curiae acceſſit, (vbi antea menſas pro Caeſare Electoribus ceterisque Principibus in conuiuio illo ſolemni, quod inaugurationem excipit, ſterni atque parari, rectisque a ſe inuicem interuallis conſtitui Mareſchallus curat, (16.)) antequam menſae ille accum-



Electoribus facta teſtantur. Obſeruatu tamen dignum eſt, tum in Ferdinandi III. tum Caroli VI. proxime facta coronatione ab eo ſolum Electore, qui praeſens fuit, nullo legatorum concurrente, illam fuiſſe peractam. vid. *Deſcriptio Coronationis Ferdin. III.* in qua Bauarus, et *Diarium Coronationis Caroli VI. pag. 42.* vbi Palatinus praeſens actum hunc ſuſcepiſſe memoratur, ex quo haud immerito colligi poſſet, hoc ius, gladium nempe Imperatori accingendi, ſolos ad Electores praeſentes, non eorum legatos pertinere. Licet, his antiquiorem obſeruantiam obſtare, negari haud queat. add. *Inauguratio Caroli V.* per HARTMANNVM MAVIVM deſcripta. *ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imper. P. III. pag. 272.* ex qua ipſum Caeſarem gladio ſeſe accinxiſſe, docemur.

(13.) vid *pluribus* VVAGENSEILIVS *l. d. cap. VIII. §. 9. p. 56. 57.* varia ex actu coronationis Ferdinandi III. quae hic notari merentur, adducens. add. *Diarium Coronat. Caroli VI. p. 45.*

(14.) vid. GOLDASTVS *Tom. II. der Reichs-Satzungen* 178. 186. *ad an.* 1486. *et* 1520. qui Electorum hac de re exhibet Decreta, et *Diarium cit. p. 46.*

(15.) Fit hoc vel ab ipſo Archi-Mareſchallo, vel eius legato, qui et finito actu hoc gladium ab Imperatore recipit, et Pappenheimio ad praeferendum illum Imperatori tradit. vid. *Acta Coronat. Matthiae ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imperial. P. I. pag. 177.* THVCELIVS *d. l. pag. 75. 76. 77. Diarium Coronationis Caroli VI. pag. 46. et 47.* add. LAMPADIVS *in Politiſchen Reichs-Handeln pag. 8.*

(16.) vid. SOMMERVS *d. l. in cap. von Zurichtung der Käyſerl. und Königl. Maieſt. Sitz, Tiſch, Stuhls etc.* adde *A. B. c. XXIIX.*

(17.) An-

venit, et a longo tempore in aulis Teutonicorum Imperatorum, (2.) licet sub alia plane quam hodie accidit conditione, viguit, ad exponendum nobis eligamus. Ante vero quam ipsam iurium, vi huius dignitatis quae competunt, enarrationem adeamus; necessitatis nobis videtur, vt quaedam praemittamus, quae tum ad dignitatem officii huius prae ceteris declarandam, tum fata, quae per tot secula subiit, ostendenda quidquam conferre possunt. Sicuti autem sub Francis iam dignitate reliquos officiales longe Archi-Mareschallus superabat: (3.) ita et posteriori aeuo perpetuo hanc sibi seruabat, et nostra adhuc aetate in summa prae ceteris constitutus est auctoritate. Praeterquam enim quod primus omnium officio suo eo tempore, quo officia haec veniunt praestanda, (4.) fungatur, et tale sustinet Archimunus, quod cum tot iuribus

quo ministrum prudentem experientiaque clarum illi indicabant, compositam eam cum CLVVERIO *in Germania antiqua L. I. c. 8. p. 69.* IOH. GEORGIO BECANO *L. II. Antiquitatum Antwerp. p. 151.* THVLEMARIO *de Octauiratu c. 16. §. 4. seqq. pag. 195.* CONRINGIO *de Officialibus Imper. §. 16. p. 551.* et TOLNERO *in Hist. Palat. c. 6. §. 7. p. 166.* existimamus, in primis cum nos CONRINGIVS *d. l.* tum ex ipsis Legibus Salicis, tum et FRANCISCO HOTTOMANNO aliisque doceat, non Francorum solum, sed et Germanorum dein, nostroque demum aeuo optime hanc deriuationem conuenire. Ceterum de voce *Schalck* siue *Schalt*, quam varie nempe haec apud scriptores, medii inprimis aeui, adhibeatur, vid. omnino EYBENIVS *in Electis I. F. c. IX. §. 2. pag.* 598. 99. WENDELINVS *in Glossario Salico pag.* 168. GOLDASTVS *Tom. III. R. Alem. p.* 109. aliique. Vocabulum vero *Mar*, quod attinet, conferri possunt de hoc LINDENBROGIVS *in Glossario p.* 1434. DV FRESNE *in Glossario Tom. II. p.* 435. 453. *et* 459. SPELMANNVS aliique.

(2.) *Vid.* LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. V. c. 3. p.* 340. *add. §. 3. not.* 1. *huius Sect.*

(3.) LEHMANNVS *d. l. L. II. c. 13. p. 64.*

(4.) Existimant quidem CONRINGIVS *de Officialibus Imper. §. 16.* LIMNAEVS *in Obseruationibus ad A. B. c. 27. §. 2. Obseruat. 12. pag.* 576. nihil hoc dignitatis Saxoni, qua inter ceteros officiales ob id gauderet, tribuere, quia illius aeque ac ordinis nulla hic plane in praestandis officiis ratio haberetur: sed haud vera, vti tamen fieri par esset, hac in re eos profiteri palam est. Quod si enim nulla plane praerogatiua inde oriretur, nullo sane nobis modo possumus persuadere, quibus ex rationibus Brandenburgicus Legatus, Comes de Dohna, sit adductus, vt, cum proxime elapso in actu solenni Coronationis Gloriosissimi Impera-

ribus coniunctum, (5.) nec vti reliqua ceremoniis solis absoluitur solis. (6.) Quod si enim eorum temporum, quibus vel electio vel coronatio Imperatoris est suscipienda, rationem inimus, quanta non durantibus hisce actibus solennibus fruitur potestate, quotque ipsi non veniunt exercenda iura, cum ceterorum Archiofficialium tamen cura exiguis omnino finibus eo tempore terminetur. Porro, Comitia cum celebrantur, solus Archi-Mareschallus in iis apparet, tumque in aliis negotiis curandis, tum maxime in re iudiciaria administranda tantopere solicitus ibi inuenitur. Imo non quieta solum existente Republica nostra Germanica, sed et bellum si quod suscipiendum, Archi-Mareschallus Imperii statim adest, officiaque, ipsi quae peragenda incumbunt, curat, cum ceteri Archiofficiales otiosi interim relinquantur. Tandem soli etiam Archi-Mareschallo; (7.) praesenti, ad locum inaugurationi destinatum dum proceditur, subofficialis eius Pappenheimius praeequitat, vaginamque illius gladii, quod Archi-Mareschallus ge-

 stat,

Imperatoris Caroli VI. Palatinum, quippe quem Brandenburgicus alias dum officia praestantur, ordine atque tempore antecedit, prius munere suo fungi concedere, quod equus quo vehebatur adduci non poterat, necesse haberet, tantopere *de non praeiudicando suo Principali fuisset protestatus. Vid. Diarium Coronationis Caroli VI. p. 49.*

(5.) Quod nobis facili negotio tum antiquioris, tum praesentis aeui Iuris Publici Doctores, in Serenissimam Saxonicam Domum, iura eius exponentes, saepius nimis iniqui, largiuntur. vid. omnino WAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 3. p. 50.* LIMNAEVS *in I. P. L. III. c. 10. n. 27. seq. pag. 147. seq.* et COCCEIVS *in I. P. c. XIV. §. 14. pag. 262. 63.*

(6.) Non itaque possumus assentiri FVRSTENERIO, de Archiofficiis his in *Tr. de Suprematu Principum Germ. c. 41.* ita differenti: *Officia illa, inquit, hereditaria Imperii, Cancellarii scilicet, Pincernae, Dapiferi, Mareschalli, Camerarii, Thesaurarii, hodie magis ad solennes pompas quam publicos usus referuntur.* Merito enim a ceteris secernendi fuissent Moguntinus et Saxo: licet de illis vera eum profiteri negari haut queat.

(7.) Hunc ita appellari nonnulli hanc subesse rationem contendunt, quia, quotquot essent Mareschallorum, omnium tamen esset praecipuus, et principem inter eos locum obtineret. vid. WAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 15. pag. 63.* diuersorum hac de re sententias diuersas adducens.

(1.) vid.

ſtat, portat. Quae ſane omnia, quot iuribus quantisque praerogatiuis prae reliquis Archiofficialibus gaudeat, ArchiMareſchallus ſatis declarant.

## §. VII.

Primus qui munere Archi-Mareſchalli, quo proprio et perpeto iure illud posſideret, eſt ornatus ſine vllo dubio fuit Bernhardus Aſcanius, (1.) qui proſcripto Henrico Leone, (2.) obtinuerat a Friderico I. Imperatore dignitatem Saxonicam Ducalem. Licet enim haud negemus, tum multo iam ante in Teutonicorum Imperatorum aulis Archi-munus hoc viguiſſe, tum etiam Saxoniae Duces ante Friderici I. tempora eo iam fuiſſe functos: (3.) Falſum tamen eſt, prius habuiſſe illud hereditariam legem quam ad Bernhardum fuit delatum. Nec quis forte nobis obiiciat, tum Bernhardi tum Alberti I. et II. Aſcaniorum in Diplomatibus nullam prorſus tituli Mareſchalli fieri mentionem, ideoque non immerito nimis adhuc incerta omnia, quae de ad Bernhardum facta Archi-Mareſchallatus translatione memorarentur, eſſe iudicanda: tribuendum enim hoc eſſe partim inuidiae Principum, quam Aſcanii metuebant, partim eorum temporum conſuetudini, multos titulos vſurpare quae vetabat, aſſerere haud dubitamus. Idque eo firmius certiusque quo credamus, tum aliis ex rationibus tum hac potisſimum adducimur, quod titulum hunc a Rudolpho I. filio Alberti II. in iure hoc magis ſe nunc demum firmatum ſtabilitumque cognoſcente, non vindicatum ſolum ſed et perpetuo ab eo vſur-

(1.) vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alb. III. p. 149. et de VVittekindo M. §. 14. p. 30.* TOLNERVS *in Hiſt. Palatin. p. 117.* qui vltimus hac in re omnino eſt conferendus.

(2.) OTTO DE ST. BLASIO *c. XXIV. in Appendice ad Lib. VII.* GREGORII TVRONENSIS *p. 209. ap.* VRSTISIVM *Tom. I.* ARNOLDVS LVBECENSIS *in Chron. Slau. L. II, c. 24. n. 8. p. 276.*

(3.) Vt Bernhardum ſolum Saxoniae Ducem, ceteros omittentes, adducamus, cui officium hoc Archimareſchallatus ab Ottone III. ob ſtrenuam contra hoſtes eius in Italia, in primis vero Creſcentium, Conſulem Romanum, impenſam operam tributum

vſurpatum ex literis eius docemur. (4.) Ceterum Saxoniae Ducum Proſapiae dignitatem hanc additam fuiſſe traditamque, cum CONRINGIO (5.) tum ſummae eorum, qua nullo non tempore in Germania pollebant, auctoritati, tum etiam hoc munere in curiis Imperialibus eos ſaepius iam fuiſſe defunctos, tribuendum iudicamus.

## §. VIII.

Aſcanii, vbi ſemel perpetuo iure ArchiMareſchalli dignitatem obtinuerant, quo iuſto ordine ad ſucceſſores eam transmitterent, et titulum, quem Rudolphus I. Elector genti ſuae primus vindicabat, nullo non tempore adhiberent, et quauis occaſione, (1.) iura, quae dignitas haec ipſis tribuebat, conſeruarent, ſummae ſibi eſſe curae iubebant. Quorum demum vltimo Alberto III. an. 1422. e vita diſcedente, ad Sereniſſimos Landgrauios Thuringiae Miſniaeque Marchiones vna cum Electoratu perueniebat, ex iisque primus de Archimunere hoc qui inueſtiebatur erat Fridericus Bellicoſus (2.). Hic vero, tam inſigni officio ornatus ſemel

butum CRANTZIVS *in Vandalia L. III. c. 15.* LEHMANNVS *in Chron. Spirens. L. V. c. III. p. 341.* FREHERVS *in Origg. Palat. P. I. c. 15. pag. 126.* aliique nobis teſtantur.

(4.) Probant haec omnia Aſcaniorum Diplomata, quorum duo SCHVRTZFLEISCHIVS *in Diſſ. de Vitricis Eccleſiae §. 8. p. 10. ſeq.* adducit et in quorum vno ab Alberto II. nempe dato, Archi-mareſchalli axioma non occurrit, in altero vero, quod Rudolphum I. auctorem agnoſcit, invenitur.

(5.) *de Officialibus Imperii §. 15. p. 550.*

(1.) Sic, in electione Philippi in Regem Germaniae vna cum ceteris Archi-officialibus Saxoniae Ducem Albertum II. apparuiſſe, conſtat. vid. CONRINGIVS *de Officialibus Imper. §. 15. p. 550.* Et cum anno 1247. inauguratio VVilhelmi Imperatoris ſuſciperetur, quae apud GOLDASTVM *Tom. Vno. Conſtit. Imper. pag. 347.* memoriae prodita, inuenitur, Rudolphum II. Saxoniae Electorem gladium illi, Archi-mareſchalli munere fungens, porrexiſſe videmus, hoc dicendi genere vſus: *Accipe ſceptrum Regium, Vt rebelles ſeuera correptione potenter affligas, omnesque beneuolos in tranquilla pace gubernes.* add. VVAGENSEILIVS *d. l. p. 60. §. 12.*

(2.) Anno ſc. 1426. *Vid.* omnino SCHVRTZFLEISCHIVS *de antiqua Saxonum dignit. §. 11. p. 18.* De eadem conceſſione, a Sigismundo Imperatore Friderico Budae facta, teſta-

mel atque auctus, quo nullum tempus ad dignitatem vi eius competentem ostendendam intermitteret, magnopere allaborabat. Et cum Serenissimi Principes eius Posteri non minori studio atque ardore, Diui quippe parentis in vestigia insistentes, idem conarentur; non poterat sane non fieri, quin haec Archi-Mareschalli prouincia sarta ipsis semper tectaque remaneret, (3.) et tandem ad hodiernum POTENTISSIMVM SAXONIAE ELECTOREM, FRIDERICVM AVGVSTVM, deferreretur.

§. IX.

Ad ipsa nunc demum iura, ratione Archimareschalliae Serenissimis Saxoniae Electoribus quaesita, quo ceteris, adhuc quae forte essent monenda, relictis accedamus, summae nobis esse videtur necessitatis. Veremur enim, ne tempore aeque ac loco horum enarrationi destinato priuemur, si in iis, quae ad originem eorum atque antiquitatem solum ostendendam erant afferenda, diutius haereamus. Neque multa de eorum dignitate atque excellentia praestari vllius iudicamus esse vtilitatis, amplissima enim ea esse prorsusque luculenta, omnes, in ea quae de illis sumus adducturi inquirentes, fateri veritatis amore trahentur. Apparebit enim tunc sane discrimen, quod inter Archi-Mareschallum ceterosque Archiofficiales intercedit, insimulque nobis praebebunt assensum, iura horum, ad solam quippe coronationis panegyrin quae attinent, cum huius, ad alias solennes actus sese subinde porrigentibus, nullo modo comparari posse. Quo vero omnia probe a se invicem secernantur, nec ea iura, quae in electione atque coronatione Imperatoris exercentur, cum Comitialibus, aut haec iterum cum iis, quae Vicariatus tempore et in expeditionibus bellicis obseruanda veniunt, confundantur, omnis nunc demum diligentia nobis erit adhibenda. §. X.

testatur etiam GOLDASTVS *in Reichs-Satzungen P. II. p. 102. ad an. 1426.* it. KNICHENIVS *in Commentar. ad Ius Saxon. p. 26. c. 3.* a quo tamen perperam annum 1423. substitui notandum est.

(3.) Licet enim saepius de diuersis vi huius dignitatis competentibus iuribus lites ab aliis Serenissimis his Principibus sint motae: frustraneum tamen semper eorum fuisse conatum breui sumus ostensuri. (1.) In-

## §. X.

Primo itaque loco iis de officiis, quae Serenissimo Saxoniae Electori qua Archi-Mareschallo in Electione Imperatoris curanda veniunt, et quorum omnium curam Vice-Mareschallo Pappenheimio (1.) relinquit, nobis erit dicendum. Tempore enim electioni destinato instante reddit de hoc Pappenheimium Archi-Mareschallus certiorem, (2.) addito mandato, vt locum electioni delectum adeat eaque sibi alias expedienda quae essent, suo loco celerrime diligentissimeque curet. Hinc Vice-Mareschallo incumbit vt vel ipse, (3.) statim hunc locum petat, vel Metatorem, (4.) eum

Q

(1.) Inuestitur quidem tota Pappenheimiorum familia de Vice-Mareschallatu a Potentissimis Saxoniae Electoribus, omnesque ex ea libertate, insignia, vi eius competentia, adhibendi gaudent, vnus tamen solum ex iis, qui aetate nempe reliquos praecedit, in officio hoc peragendo solicitus inuenitur. vid. *Literae inuestiturarum* a Christiano II Saxoniae Electore Comitibus de Pappenheim ratione Vice-Mareschallatus concessae, quas huic sect. subiiciemus. SIXTVS SOMMERVS, Vice-Mareschalli Pappenheimii quondam substitutus, in scripto germanico tempore Ferdinandi I. Imperatoris confecto, de iis quae Mareschallo vi sui officii competunt peragenda, *in cap. Von des H. Reichs Erb-Marschall-Ampts Verwaltung insgemein.* Reperitur vero hoc SOMMERI scriptum ap. LIMNAEVM *in I. P. Tom. V. Addit. ad L. III. c. VII. n. 75. p. 177.* CARPZOVIVM *de L. Regia c. X. sect. 6. n. 28.* et THVLEMARIVM *de Octouiratu p. 358.* add. CONRINGIVS *de Officialibus Imperii §. 16. p. 551.* LIMNAEVS *in Obseruationibus ad A. B. c. XXVII. §. 6. Obs. 14. seqq. p. 614. seq.* et *in I. P. Tom. V. Addit. ad L. III. c. 6. p. 73.* Impedito vero ipso Pappenheimio seniore, nec vllo ex agnatis eius, ad quem prouincia haec, (in quo tamen eligendo nulla ipsi aetatis ratio est habenda) deferri posset, extante, horum omnium aulae Caesareae Mareschallus suscipit curam, probante hoc ipsa *A. B. t. XXVII. §. 16.* add. LIMNAEVS *in Not. ad cit. text.* et *in I. P. L. III. c. 10. n. 19. seqq.*

(2.) vid. *Diarium Electionis Caroli VI. pag. 23.* vbi Literae Potentissimi Poloniarum Regis et Saxoniae Electoris Friderici Augusti ad Pappenheimium datae adducuntur. add. SOMMERVS *d. l. c. cit.* et *in cap. Von der Einführung pag. 362.* ap. THVLEMARIVM *d. l.* et THVLEMARIVS *d. l. c. XVI. §. 14. p. 198.*

(3.) vid. omnino *Literas nota praeced. cit.* et SOMMERVS *d. l.*

(4.) vid.

et conclaui, (18.) in quo Electores congregantur, diligentiam ipse adhibet, ne literae ad eos perferantur, vel ab ipsis dimittantur, aut quisquam ad eos accedere queat. Tandem ipsi cum ArchiMareschallo incumbat, quo omnia quiete suscipiantur atque peragantur, omnibusque turbis atque seditionibus, quantum fieri potest, obuiam eatur; (19.) necesse quoque est vt tam diurnarum excubiarum, quam nocturnarum vigiliarum rationes ad eum deferantur. (20.)

## §. XI.

Horum quidem omnium cura electione peracta, et Principum eorumque legatorum discessu finitur, statim vero redeuntibus his, actuque coronationis solenni initium capiente, renouatur, (1.) multisque aliis adhuc iuribus et officiis, durante eo exercendis, augetur. Praeterquam enim quod de hospitiis ac alimentis aeque ac in electione prospicit, Senatum vero oppidanum de omnibus vt antea probe curandis admonet: (2.) et Metatorem Imperii, quo missos ob Aquisgranensibus et Norimbergensibus, Imperiique Cleinodia afferentes, ante portas excipiat, discedentesque



a quo deiu electionis die apparente accipit Pappenheimius, qui etiam finitae hoc actu solenni huic restituit. *Vid. Diar. cit. Part. II. p. 21. in fin.*

(18.) vid. *Acta Electionis Matthiae ap.* GOLDASTVM *in Politicis Imperialibus P. I. c. 24. p. 173.* it. *Historia Actus Electionis Ferdinandi III.* THVCELIVS *in Actis Electionis et Coronationis Iosephi p. 61. et 65. Diarium Elect. Caroli VI. P. II. p. 17.* add. SOMMERVS *d. l. cap. Von des H. Reichs Erb-Marschall Ampts-Verwaltung insgemein*, *p. 359.* ap. THVLEMARIVM *d. l.* THVLEMARIVS *c. XXIV. §. 69. p. 459.* a metatore quandoque hoc fieri obseruans. et WAGENSEILIVS *d l. c. IX. §. 19. p. 109.* vbi de obseruantia antiqua quaedam notatu digna habet. Pappenheimius vero foribus, ab eo clausis, claues seruat, totaque electione durante ad eas assistit nec recedit.

(19.) vid. *Policey-und Tax-Ordnung* Io. Georgii II. et Friderici Augusti, Electorum Sax. *supra not. 12. h. §. cit.*

(20.) vid. SOMMERVS *d. l. cap. Von der Wache p. 359. d. l.* adde *Transactionem de an. 1614. §. als zum fünfften pag. 65. d. l.*

(1.) vid. WAGENSEILIVS *d. l. c. IX §. 6. p. 90.* add. SOMMERVS *d. l. c. Von des Heil. Reichs Erb-Marschal-Ampts Verwaltung insgemein p. 358.*

(2.) vid. *Diarium Coronationis Caroli VI. p. 9.*

(3.) vid.

tesque comitetur iubet, (3.) ipse autem Imperatori recens electo tum ciuitatem intranti, (4.) tum quauis in solenni pompa proceden-

(3.) vid. *Diarium cit. p.* 10. *et* 15. *add. p.* 58.

(4.) SOMMERVS *d. l. in cap. Von Einreitung und station auf allen Käyserlichen Hof- oder Reichs-Tagen, pag.* 364. *d. l.* it. *in Cap. Von Schwerdt-Verträgen p.* 360. Praesens si est Archi-Mareschallus ipse, vbi ante aduentum Imperatoris ordines, in campo Caesarem exspectantes, instruxit, officio hoc fungitur, (vt patet ex *Actis Coronationis Maximiliani I. ap.* GOLDASTVM *in Politicis Imperial. P. I. pag.* 92. *seq.* cui actui Ernestus Elector Saxoniae ipse interfuit. ex *Actis Electionis et Coronationis Matthiae ap. eundem c. l. P. I. pag.* 171. *seqq.* Vbi, gladium Io. Georgium I. Saxoniae Electorem gestasse, memoratur) Pappenheimio interea, cum scipione, muneris indice instructo, ceteros Principes et Electores, Metatore vero Imperii totum agmen vna cum Archi-Mareschalli copiis et familia praecedente. SOMMERVS cc. ll. add. HARTMANNVS MAVRVS *in Descriptione Coronationis Caroli V. apud* GOLDASTVM *in Politicis Imper. P. III. pag.* 267. vbi controuersia de praeequitando agmenque totum ducendo (iure Archi-Mareschalli copiis et familiae competente) inter legatum Saxoniae Electoris, Principem Anhaltinum et Archi-Mareschalli vice fungentem, et Ducem Iuliacensem anno 1520. cum Carolus V. Aquisgranum ingrederetur orta enarratur. Hanc tamen pro Saxone decisam vide in *Declaratione Caroli V. de Ordine egressus et ingressus Principum Imperii in Comitatu Imperatoris ap.* GOLDASTVM *Tom. III. Constitt. Imper. pag.* 510. *ad an.* 1530. Absente vero eo, Vice-Mareschallo ius hoc competit, vid. *Acta Coronationis Caroli V. ap.* GOLDASTVM *d. l. P. III. p.* 269. *et seqq.* THVCELIVM *in Actis Electionis et Coronationis Iosephi p.* 70. *Diarium Coronationis Caroli VI. p.* 22. *et seqq.* nec alii ab Archi-Mareschallo quam huic potest demandari, SOMMERVS *ll. cc.* nisi ipse Pappenheimius, docente nos hoc SOMMERO *ib.* sponte sua vel Electoris filio Principi Primogenito, vel eius Serenissimis Principibus agnatis hoc gladii gestandi ius concedere velit. Ceterum, quibus in casibus Aulae Caesareae Mareschallo loco Pappenheimii ensem Imperatori praeferre potestas competat, docemur ex *Capitulatione Ferdinandi II. art.* 41 *Ferdinandi III. art.* 48. *et IV. art.* 47. *Leopoldi art.* 46. *Iosephi art.* 45. *et Caroli VI. art.* 3. add. *Anonymus in Consultatione de Praecedentia et iure der Erb- und Hof-Aembter quam integram* LIMNAEVS *Iuri P. L. III. c.* 7. *n.* 75. *p.* 78. inseruit. Ante vero quam aduentus Imperatoris appropinquat, consilia Pappenheimio cum Electorum Mareschallis et Consiliariis eo tempore veniunt ineunda, quo singulis de modo excipiendi Imperatorem constare, quae ad ornandum hunc introitum pertinent comparari, omniaque absque dissidiis et turbis peragi queant. vid. GOLDASTVS *Tom. II. in Reichs-Satzungen pag.* 185. vbi *Decre-*

rum, in eo potiſſimum quae conſiſtit, vt Senatui loci illius iniungat ad id quo ſit intentus, ne annonae aeque ac aliarum rerum, quarum vt copia eo tempore quo actus ſolennes peraguntur, exiſtat neceſſe eſt, durante hac electione defectus appareat, ſed in iis vndique apportandis operam impendat. (11.) Et cum non ſufficiat copiam omnium rerum ibi reperiri, Archi-Mareſchallus vel eius loco Pappenheimius pretium iis iuſtum ac legitimum, confecta ob id conſtitutione, imponit, (12.) et ne peregrini in iis comparandis nimis laedantur, cauet. Omnibus itaque probe conſtitutis, et Principibus, electioni qui intereſſe debent, praeſentibus; Pappenheimius cum eoque Metator hos, quoties ad curiam conſiliorum ineundorum cauſa ſe conferunt, excipiunt, atque in concla-

 ve

*Stände Quartier p.* 364. *d. l.* qui tamen curam Pappenheimii ad aulam Caeſaream, quippe quae ſolum aulae Caeſareae Mareſchallum attingeret, ſe minus extendere monet. et inprimis *Transactio cit. d. l. §. Vnd erſtlich p.* 164. KNICHENIVS *in Opere Politico P. II. p.* 1297. BERTRAMVS *de Comitiis l. V. §.* 27. add. *Literae Electoris Sax. ad Pappenheimium iam ante cit. in Diario Elect. p.* 23. Quid vero tunc obtineat, ſi quis Principum proprias in ciuitate illa vel electioni, vel coronationi, vel Comitiis deſtinata poſſideat, pluribus docet VVAGENSEILIVS *de ſummis Imperii officialibus c. IX. §. 11. p. 98. ſeqq.* qui omnino conferri meretur. Ceterum notandum eſt, Principibus aduenientibus, poſteaquam de eorum aduentu certior ab iis eſt factus, vid. *A. der Grundfeſte des H. R. Reichs P. I. c. 6. p. 38.* et *Literae Electoris cit.* ab ipſo Pappenheimio, eorum vero legatis a Metatore ſolum Imperii aedes aſſignari. vid. VVAGENSEILIVS *d. l. §. 8. p. 91.* THVLEMARIVS *d. l. p. 356.* Plane tamen de iis ſoliciti non ſunt Pappenheimius et Metator in hoſpitiis ipſis aſſignandis, qui non in Principum et Statuum numero habentur, aut ab his, miſſos ſe eſſe profitentur. vid. ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. §. 62. p. 379 ſeqq.*

(11.) vid. tum *Literae cit. Archimareſchalli ad Pappenheimium*, tum *quae ad Senatum Francofurtanum ab eo ſunt datae*, itemque *in Diario Electionis cit. pag.* 24. extant. Vt itaque, et hic Pappenheimium delegata vti poteſtate, pateat, quia in *his literis* ab ipſo Archi-Mareſchallo Senatui Francofurtenſi haec ſimul curanda iniunguntur.

(12.) vid. *Transactio cit. de an. 1614. p. 165. ap.* LONDORPIVM *d. l. §. VVann es aber etc.* SIXTVS SOMMERVS *cap. Von der Tax - Ordnung pag.* 370. *d. l Add. Policey - und Tax - Ordnung* a Ioh. Georgio II. Saxoniae Electore anno 1658. Francofurti ad Moenum in Electione Diui Leopoldi publicata. in *Diario Europ. Tom.*

cedenti, (5.) gladium imperialem exsertum euaginatumque praefert, (6.) eoque non Imperatoris solum splendorem auget magisque ornat, sed et quanta sit eius Maiestas atque Imperium omnibus satis declarat. Praesente autem Imperatore, diem solennibus coronationis constitutum pridie Electoribus aut eorum Legatis ceterisque Imperii Statibus atque Principibus nunciat, (7.) ipso-

*Decretum Electorum*, de solennibus inaugurationis an. 1520. confectum, exhibetur. Probe tamen monet SOMMERVS *l. d.* si Principes Electores de modo et ordine, hac occasione obseruando, inter se convenire nequeant, Pappenheimio vt ipsum Imperatorem adeat incumbere, quo statuat de his atque decernat.

(5.) Contingit hoc primo, dum ad templum inaugurationis peragendae causa proceditur, dein, redeuntibus Electoribus cum Imperatore ex templo, tum, quando conuiuio solenni peracto, Caesar Palatium, ab Electoribus Principibusque ceteris stipatus, petit. Tandem, si Imperator ad homagium a Ciuibus vrbis, in qua coronatio peracta, sibi praestandum curiam adit. vid. *Acta Coronationis Maximiliani I. ap.* GOLDASTVM *d. l. P. I. p. 94. 98. 99. Caroli V. ib. P. III. p. 270. 272. 273. Maximiliani II. ap. eund. P. I. p.* 149. 150. *Matthiae ib. P. I. p. 176. 178. Iosephi ap.* THVCELIVM *p. 70. et 77. Diarium Coronationis Caroli VI. pag.* 34. 39. 48. 55. 71. add. CONRINGIVS *in Diss. de Septemuiris §. 46. p. 210.* MAVRITIVS *in Not. ad Capit. Leopoldi p. 781.* VVAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 5. p. 51.* THVLEMARIVS *d. l. c. 16. §. 17. p. 200.* Ceterum, quid tunc demum obtineat si eligendus est Rex Romanus, Imperatore inprimis praesente, docent *Acta cit. Maximil. I. dd. ll. Maximiliani II. dd. l. l. Matthiae d. l. p.* 173. *Iosephi d. l. p.* 64. 65. *et* 68.

(6.) Summum est hoc ius, et a primis Germanicae Reip. temporibus Archi-Mareschallo iam competens, vid. OTTO FRISINGENSIS *in Histor. L. VII. c. 9. apud* VRSTISIVM *Tom. I.* ARNOLDVS LVBECENSIS *L. III. c. 9. n. 4. p. 319. et L. VI. c. 2. n. 2. p.* 451. aliaque *supra* iam citata loca, denuoque *A. B. cap. XXII. et XXVI. §. 3.* confirmatum. Vt itaque plane ignoremus quibus ex caussis VVenceslaus de Bohemia Lüzemburgicus Dux, et Caroli IV. frater, litem de hoc iure tum Rudolpho II. Ascanio Electori in Comitiis Metensibus, quibus Aureae Bullae altera pars promulgabatur, dum postea VVenceslao Ascanio in Coronatione VVenceslai, an. 1376. Aquisgrani peracta, mouere sit adductus. Nullo enim tale quid ad suscipiendum iure fruebatur, et ipsis adeo Legibus Imperii refragabatur. vid. omnino *Magnum Chronicon Belgicum ad an.* 1371. *pag.* 326. *ap.* PISTORIVM *Tom. III. R. G.* totam controuersiam pluribus exponens. add. IO. IAC. CHIFLETIVS *in Commentario Lothariensi c. XXIII. p. 98. edit. Antwerp. de an.* 1649. *in f.* LIMNAEVS *de I. P. Tom. II. Additt. ad L. III. c. 10. n. 28. et Tom. II. Additt. p.* 109. it. *in Obs.* ad

(7.) ipſoque coronationis die illuceſcente Electores curiam adeuntes ibi exſpectat, cum iisque aulam Caeſaream petit, (8.) quo Imperatorem ſtatis ſolennibusque ceremoniis adhibitis in templum deducant. (9.) Huc vbi peruentum eſt; locum ſuum ante Imperatoris ſellam cum ceteris officialibus ſtatim occupat Mareſchallus, (10.) eundemque breui poſt ad conclaue, Regio ornatu ibi vt induatur, ſe conferentem cum reliquis antecedit, nec minus redeunti adeſt. (11.) Ipſa demum inauguratio dum ſuſcipitur, gladium Caeſari aptat, (12.) hacque finita vbi thronum Regium Impe-

ad *A. B. c. XXII. Obſ. 3. Auctor des Europaeiſchen Herolds P. I. p.* 250. qui omnes enarrati ſcriptores, qua ratione Imperator his diſſidiis remedium praebuerit, oſtendunt, inſimulque, nihil eo Sereniſſimorum Saxoniae Electorum iuri, hac de re quaeſito, fuiſſe detractum, vno ore teſtantur. Id quod et ex eo apparet, quod poſtea Sigismundus Imperator an. 1415. ſpeciali Diplomate denuo ius hoc Sereniſſimis Saxoniae Electoribus confirmauit. Exhibent has literas *A. des Europaeiſchen Herolds c. l. et* LVNIG *in Teutſchen Reichs Archiu Part. Spec. P. II. p.* 5. *ſeq.*

(7.) vid. THVCELIVS *in Actis Electionis et Coronationis Ioſephi p.* 69. *Diarium Coronationis Caroli VI. p.* 26. ex quo inprimis docemur, ab ipſo Pappenheimio fieri hanc denunciationem neceſſe eſſe. add. VVAGENSEILIVS *d. l. c. IX.* §. 12. *p.* 10.

(8.) *Diarium cit. pag.* 31.

(9.) vid. *ſupra not.* 5. *huius* §.

(10.) ad dextram nempe Imperatoris, vid. *Diarium cit. p.* 35. 36. Notandum tamen hic eſt, ſicuti alias gladium ſemper cuſpide eius in altum erecto manu tenet, ita, miſſa initium capiente, extremum gladii terram verſus ab eo dimitti. vid. SIXTVS SOMMERVS *l. d. in cap. Vom Schwerdt Vortragen p.* 361. *ap.* THVLEMARIVM.

(11.) *Diarium cit. p.* 39.

(12.) Pertinebat hoc olim ad conſecratorem. Sic in coronatione Ottonis M. a VVITICHINDO CORBEIENSI *L. II. Annal. in pr. p.* 642. *ap.* MEIBOMIVM *Tom. I.* memoriae prodita, Maguntinum, eo tempore conſecratoris munere fungentem, gladio ipſum ornaſſe videmus. add. LEHMANNVS *in Chron. Spirens L. V. c.* 3. *p.* 339. Succeſſu tamen temporis officium hoc Archi-Mareſchallo eſt tributum, manus tamen quandoque Electoribus ſecularibus ceteris commodantibus. Vid. *Inauguratio Maximiliani II. ap.* GOLDASTVM *in Politicis Imperial. P. I. p.* 150. *et in Reichs-Handlungen pag.* 267. in qua ſolum Saxonem hoc feciſſe apparet. *Actus Coronationis Matthiae ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imp. P. I. p.* 177. THVCELIVS *in Deſcriptione coronationis Ioſephi p.* 74. quae duo vltima ſcripta de accommodatione enſis ab omnibus Electo-

Imperator aſcendere coepit, ad dextram illius partem accedit, (13.) eique, in creandis equitibus (quorum nomina numerumque pridie Imperatori electo indicari neceſſe eſt, (14.)) mox initium facienti, gladium eundem ſtrictum miniſtrat. (15.) Quibus omnibus autem peractis, Caeſar e templo rurſus dum egredirut, gladium manu tenens eum praecedit, ceteris interim Archiofficialibus eundem ordinem (quo in ingreſſu fuerant vſi) ſeruantibus inſigniaque geſtantibus. Poſteaquam igitur Imperator cum Electoribus reliquoque Principum et Procerum comitatu ad Palatium curiae acceſſit, (vbi antea menſas pro Caeſare Electoribus ceterisque Principibus in conuiuio illo ſolemni, quod inaugurationem excipit, ſterni atque parari, rectisque a ſe inuicem interuallis conſtitui Mareſchallus curat, (16.)) antequam menſae ille ac-

 cum-

Electoribus facta teſtantur. Obſeruatu tamen dignum eſt, tum in Ferdinandi III. tum Caroli VI. proxime facta coronatione ab eo ſolum Electore, qui praeſens fuit, nullo legatorum concurrente, illam fuiſſe peractam. vid. *Deſcriptio Coronationis Ferdin. III.* in qua Bauarus, et *Diarium Coronationis Caroli VI. pag.* 42. vbi Palatinus praeſens actum hunc ſuſcepiſſe memoratur, ex quo haud immerito colligi poſſet, hoc ius, gladium nempe Imperatori accingendi, ſolos ad Electores praeſentes, non eorum legatos pertinere. Licet, his antiquiorem obſeruantiam obſtare, negari haud queat. add. *Inauguratio Caroli V.* per HARTMANNVM MAVRVM deſcripta. *ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imper. P. III. pag.* 272. ex qua ipſum Caeſarem gladio ſeſe accinxiſſe, docemur.

(13.) vid *pluribus* VVAGENSEILIVS *l. d. cap. VIII.* §. 9. *p.* 56. 57. varia ex actu coronationis Ferdinandi III. quae hic notari merentur, adducens. add. *Diarium Coronat. Caroli VI. p.* 45.

(14.) vid. GOLDASTVS *Tom. II. der Reichs-Satzungen* 178. 186. *ad an.* 1486. *et* 1520. qui Electorum hac de re exhibet Decreta, et *Diarium cit. p.* 46.

(15.) Fit hoc vel ab ipſo Archi-Mareſchallo, vel eius legato, qui et finito actu hoc gladium ab Imperatore recipit, et Pappenheimio ad praeferendum illum Imperatori tradit. vid. *Acta Coronat. Matthiae ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imperial. P. I. pag.* 177. THVCELIVS *d. l. pag.* 75. 76. 77. *Diarium Coronationis Caroli VI. pag.* 46. *et* 47. add. LAMPADIVS *in Politiſchen Reichs-Handeln pag.* 8.

(16.) vid. SOMMERVS *d. l. in cap. von Zurichtung der Käyſerl. und Königl. Maieſt. Sitz, Tiſch, Stuhls etc.* adde *A. B. c. XXIIX.*

(17.) An-

cumbit, Archi Mareſchallus quo officio ſuo ſatisfaciat, (17.) habitu Electorali ſicuti exiſtebat, iam indutus, in curia equum conſcendit, (18.) ex ea in ingentem auenae aceruum, (19.) in area publica ante curiam accumulatum, vehitur, menſuram argenteam manu geſtans (20.) auena replet, radio argenteo complanat, hac-

(17.) Ante *A. B.* Archi-officia haec in quauis ſolenni curia (per quam quid intelligatur *vid.* LIMNAEVS *ad A. B. c. XXVII. Obſ. 3. ad Rubr. p. 569.*) Imperatorum vel Regum Romanorum peragebantur, nec poſtea *A. B.* hoc mutatum, ſed potius confirmatum, denuoque vt fieret c. XXVII. conſtitutum. Inde et in ipſis Comitiis, Metis an. 1356. a Carolo IV. celebratis, praeſtita ea adhuc fuiſſe LEHMANNVS *in Chron. Spirenſi L. VII. c. 35. p. 694.* teſtatur. add. PETRVS DE ANDLO *de Imperio Romano Germ. L. II. c. 15. p. 103.* ad eumque FREHERVS *in notis p. 215.* LIMNAEVS *in Addit. ad L. I. c. 11.* In deſuetudinem tamen temporis ſucceſſu hoc abiit, vt hodie itaque eo ſolum tempore, dum coronatio Imperatoris ſuſcipitur, peragi haec Archi-officia videamus. Primus vero omnium officio ſuo fungitur Mareſchallus vid. *A. B. c. XXVII.* add. *Actus Coronationis Maximiliani I. ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imper. P. I. pag. 98. Caroli V. ap. eundem P. III. p. 273. Matthiae ibid. P. I. p. 178. Leopoldi in Diario Europaeo Tom. II. pag. 947. Ioſephi ap.* THVCELIVM *p. 77, Caroli VI. in Diario Coronationis pag. 49.* Quamuis, aliud obſeruatum fuiſſe in Maximiliani II. coronatione, ex *eiusdem deſcriptione ap.* GOLDASTVM *d. l. Part. I. pag. 150.* doceamur, dum primus omnium Brandenburgicus officio ſuo functus ibi memoratur.

(18.) Obſeruat hic BECHMANNVS *in Exercit. Exot. III.* differentiam inter Electores eorumque Sub-officiales, Archi-officia haec ab iis cum veniunt praeſtanda, intercedentem, quod illis nempe intra, his ſolum extra curiam equos conſcendere permittatur. Vide tamen *Actum Coronationis Matthiae ap.* GOLDASTVM *in Polit. Imper. P. I. p. 178. Ioſephi, ap.* THVCELIVM *d. l. p. 77. et Diarium Coronat. Caroli VI. p. 49.*

(19.) Auena vero haec, cuius tanta eſt altitudo vt ad pectus equi vsque, quo vehitur Archi-Marſchallus, pertingat, ab Electore Saxoniae propriis ſumtibus eſt comporanda. vid. *Coronatio Maximiliani II. ap.* GOLDASTVM *in Reichs-Handlungen pag. 268.*

(20.) De pondere modii huius atque bacilli ipſa diſponit *A. B. c. XXVII. §. 1.* quae et eosdem cum equo, cui Archi-Mareſchallus inſidet, Pappenheimio addicit. *c. eod. §. 6.* Licet autem *A. B. d. l.* et *c. XXIX. §. 2.* haec omnia Caeſareae aulae Mareſchallo eo in caſu, quo Pappenheimio abſente, munere huius fungitur, tribuit: mutatum tamen hoc eſt primum in Ferdinandi II. *Capitulat. art. 41.* et in ſequentibus confirmatum. Add. loca *ſupra iam not. 4. ad h. §.* ex Capitulationibus

hacque iterum ab eo euacuata, (21.) ad curiam multo cum tubarum atque aeneatorum clangore reuertitur, et Dapiferum, (22.) Camerariumque, (23.) officia sua peragentes, eleuatum baculum gestans praecedit. Post haec cibos mensae Imperatoris imponi iubet, (24.) et vnicuique Principum quem locum in conuiuio illo solenni occupare debeat assignat, (25.) epulis vero remotis Regiam Maiestatem, ex curia ad palatium suum descendentem, cum reliquis Electoribus atque Principibus vt antea comitatur.

R 2 (26.) Vl-

bus adducta. Prorsus singulare quid obtinuit in curia Metensi sub Carolo IV. an. 1356. habita, vbi omnium Archi-Officialium equi, quibus insidentes officia sua peregerant, histrionibus sunt concessa, teste ALBERTO ARGENTINENSI *ad d. an. ap.* VRSTISIVM *Tom. II.* add. LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. VII. c. 35. p. 694.*

(21.) Disponente *A. B. c. XXVII. §. 1.* auena famulo primitus venienti erat ministranda, quod et factum fuit in coronatione Maxim. I. vid. GOLDASTVM *in Polit. Imp. P. I. p. 98. Iosephi ap.* THVCELIVM *p. 77.* Saepius tamen traditam eam Pappenheimio cum modio inuenimus: vid. *Coronationem Maximiliani II. ap.* GOLDASTVM *d. l. P. I p. 150. Matthiae ib. p. 178. Ferdinandi III. ap* RAVTNERVM *in der Staats-Kunst p. 509.* Ab hoc vero more iam dudum recessum esse, vt mensura nempe auena repleta mox iterum euacuetur, testantur *Actus coronationum Ferdinandi IV. ap.* TVLDENVM *P. III. in Hist. per Europam p. 285. Leopoldi, in Diario Europaeo Tom. II. pag. 947. et in Theatro Europ. Tom. VIII. p. 351. Caroli VI in Diario Coronationis p. 49.* Interim auena officio peracto, populo relinquitur diripienda, vti omnes *citatae descriptiones inaugurationum dd. ll.* nos docent. Licet *A. B. d. l.* a Pappenheimio eius fieri distributionem requirit.

(22.) Quamuis nihil in *A. B. c. 27.* dispositum de hoc inueniatur: vsu tamen et obseruantia obtinuit, vt maioris splendoris causa Saxo hoc in se susciperet munus vid. *Acta coronationis Maximiliani I. ap.* GOLDASTVM *in Polit Imperial. P. I. p. 98. Caroli V. ibidem P. III. p. 273. Maximiliani II. ap. eund. in Reichs-Handlungen pag. 269. Iosephi ap.* THVCELIVM *pag. 78.*

(23.) Factum hoc fuisse in coronatione Maximiliani I. ex *eiusdem descriptione ap.* GOLDASTVM *d. l.* quidem apparet, posterioribus tamen temporibus morem hunc prorsus in desuetudinem abiisse certum est.

(24.) Et quoties cibi afferuntur, scipione anteire solet. vid. *Coronatio Ferdinandi III. ap.* RAVTNERVM *in der Staats Kunst pag. 509. Ferdinandi IV. ap.* TVLDENVM *Part. III. Hist. per Europ. p. 285. Iosephi ap.* THVCELIVM *p. 78. Caroli VI. in Diario p. 51.*

(25.) Testatur hoc LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. VII. c. 35. p. 694.* curiam Metensem anno 1356. a Carolo IV. celebratam describens.

(26.) vid.

(26.) Vltimum tandem, tota hac inauguratione durante, ipsi quod venit peragendum, est, vt constitutionem annonariam, a Caesareis Ministris confectam, ad omnium notitiam peruenire curet. (27.) Satis haec omnia nos docent quanta sit Archi-Mareschalli per totum illud temporis spatium, quo electionis et coronationis actus suscipiuntur, auctoritas, vt nihil adeo inscio eo atque invito peragi queat. (28.) Ceterum, haec licet officia et iura, quorum nunc fecimus mentionem, solum ad Archi-Mareschallum pertineant; fieri tamen solet, vt eo absente, Vice-Mareschalli curae fere omnia, eo vero praesente plurima relinquantur. (29.)

## §. XII.

Comitia Imperii solennia si quae celebranda, solus iterum Archi-Mareschallus aeque ac in electione, quo Archimunere suo recte diligenterque in iis fungatur, per Pappenheimium, cuius opera toto hoc actu solenni durante hac in re vtitur, curat, (1.) cum reliqui Archiofficialium tum iure, tum occasione quidquam in his conuentibus ratione suorum Archiofficiorum peragendi prorsus destituantur. Prima autem eius in eo consistit solicitudo, quo ante

(26.) vid. *not. 5. supra ad h. §.*

(27.) vid. THVCELIVS *in descriptione Coronationis Iosephi p. 62. 63.* vbi et de controuersiis inde ortis cognoscere ad Vice-Mareschallum pertinere, inuenimus.

(28.) Id quod tum ex aliis, tum hoc etiam apparet, quod nemini solemnem hunc coronationis actum contemplari permittitur, qui non pridie nomen suum apud Archi-Mareschallum est professus: *vid. Acta Coronationis Caroli V. ap.* GOLDASTVM *in Politicis Imperial. P. III. p. 270. et eundem Tom. II. der Reichs-Satzungen pag. 178. et 186.* vbi *Decreta Electorum*, quae tum de aliis, tum hoc de re etiam disponunt, et tempore Coronationum Maximiliani I. et Caroli V. confecta, repetiuntur.

(29.) Ea in primis, quorum non tanta est dignitas vt in iis peragendis ipse Archi-Mareschallus operam impendat.

(1.) Frustra itaque sunt RVMELINVS *ad A. B. P. II. D. 3. th. 14.* IOH. VOLCK BECHMANNVS *in Exercit. Exot. ad eandem c. VII. p. 162.* LIMNAEVS *in I. P. L. IX. c. I. n. 65. seq.* ab Imperatore simul Pappenheimium ad haec omnia loco Archi-Mareschalli probe curanda admoneri existimantes. SOMMERVS enim *d. l.* harum rerum optime gnarus in *cap. von des H. Reichs Erb-Marschalls Ampts-Verwaltung insgemein p. 358.* *et ali-*

ante aduentum Imperatoris Imperiique Principum de alimentis, hospitiis, (2.) excubiis, (3.) et reliquis (4.) prospiciat, Principibus aduenientibus eorumque legatis hospitia assignet, (5.) hisque tabulas, nomina illorum quae complectuntur, affigi curet, R 3 (6.) Im-

*et alibi* nullam plane huius, eo tempore ab Imperatore faciendae, adhortationis iniicit mentionem, cum tamen fieri hanc ab Archi-Mareschallo probe notet.

(2.) vid. SOMMERVS *d. l. cap. cit. et in cap. Von der Einführung*, it. *Von Kayser, Fürsten und Stände-Quartier, p. 362. ap.* THVLEMARIVM *d. l.* ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 80. pag. 395. seq.* LEHMANNVS *Chron. Spir. Lib. VII. c. 124. pag. 963. add. supra §. X. not.*

(3.) vid. omnino SLEIDANVS *de Statu Relig. L. VII. ad an.* 1530. *p.* 189. ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n.* 86. 87. *p.* 415. VVAGENSEILIVS *d. l. c. VIII. §. 4. p.* 51. THVLEMARIVS *de Octouiratu c. XXI. §.* 23. *p.* 357. CONRINGIVS *de Comitiis Imper. §.* 41. *p.* 505. BERTRAMVS *de Comitiis c. V. §.* 57. Ceterum de controuersia, hoc in iure exercendo Archi-Mareschallo Imperii olim mota, docet nos *Decretum Rudolphi II. Imperatoris* an. 1582. in hac causa promulgatum ap. LONDORPIVM *Actorum Publ. Tom. I. Lib. I. c.* 50. *p.* 163. et anno 1614. insecuta Transactio *ap. eund. p.* 164.

(4.) Inter quae numeramus quod curae eius fit relictum, Imperatoris et Electorum sedes Principumque scamna iustis graduum interuallis in loco vbi Comitia habentur distingui, vias vero et pontes, quos Imperator ad vrbem Comitiis destinatam accedens transire necesse habet, refici atque parari. vid. SOMMERVS *d l. c. Von Zurichtung der Kayserl. und Königl. Majest. Sitz, Tisch und Stuhl p.* 363. *d. l.* add *A. der Grundfeste P. II. c. 2. p. 63. Actus Processionis et propositionis in Comit. Ratisbon. de an. 1663. §. 2. lib. cit.* adiectus, et *Decretum Caesaris Rudolphi II. cit. an.* 1582. in Comitiis Augustanis emissum. *ap.* OLDENBVRGERVM *in Limnaeo enucleato L. IV. c. 27. §. 17. p.* 28. in quorum aliarum rerum, tum etiam viarum et pontium cura eo tempore Archi-Mareschallo adiudicatur.

(5.) Id quo vero eo melius atque commodius fieri queat; aduenientibus incumbit de accessu suo ad Comitia Imperii Mareschallum reddere certiorem. vid. LEHMANNVS *in Chron. Spirens. Lib. VII. c. 124. p. 960.* et *A. der Grundfeste P. I. c. 6. p. 38. seq. et. p.* 51. Propria enim eorum delectione non minus atque in Electione et coronatione Principes, eorum legati, ceterique Status Imperii prohibentur. Hinc cum magni cuiusdam Principis legatus an. 1603. in Comitiis Ratisbonensibus proprio motu et ductu sibi hospitium delegisset, ad aliud a Pappenheimio iussus est transire. vid. ARVMAEVS *in Commentar. de Comitiis R. G. I. cap. 6. num. 63. pag. 381.*

(6.) Vo-

(6.) Imperatori vero, ad ciuitatem in qua Comitia habentur accedenti, gladium praeferat euaginatum, (7.) Pappenheimio iterum ceteros Principes ac Status baculo praeeunte. Ipſae vero deliberationes quo initium capiant cum ſit conſtitutum, pridie horam, audiendae propoſitioni a Caeſare deſtinatam, Statibus denunciat, (8.) eosque ſimul vt ſtato tempore in curia compareant mo-

(6.) Vocatur Ius Adſcriptionis, *die Anſchreibung*. Quod licet ſibi vindicare ciuitates allaborarunt: ex *Transactione* tamen *cit. de an.* 1614. §. *Und erſtlich pag.* 164. *ap.* LONDORPIVM Archi-Mareſchallo remanſit. vid. *A. der Grundfeſte* P. *I. c.* 6. *p.* 38. 39. et ARVMAEVS *de Comitiis c. VI.* §. 61. *p.* 379. Affiguntur vero tabulae per Latrunculatorem, *den Reichs-Profos*, vicariam operam Metatori praeſtantem, notantibus hoc allegatis ſcriptoribus. Notandum tamen hic eſt, nemini hoſpitia asſignari, nec tabulas illius aedibus appendi, qui non Statuum in numero habetur. Quod non obſeruans Pappenheimius in Comitiis Ratisbonae an. 1603. habitis, cum ciuitati Brunsuicenſi non aedes ſolum tribui, ſed et tabulas illis affigi curaſſet, aegre hoc tulit Brunsuicenſis Dux, Henricus Iulius, et grauis controverſia ob id fuit orta, de qua omnino vide ARVMAEVM *c. l. n.* 62. *p.* 379. *ſeqq.* GOLDASTVM *Tom. II. der Reichs-Satzungen p.* 349. vbi *Rudolphi II. Imperatoris Decretum* hac de re exhibetur. *add. A. der Grundfeſte.* P. *I. c. VI. p.* 39. et CONRINGIVS *de Ciuibus Imper.* §. 50. *p.* 28. 29.

(7.) vid. SOMMERVS *in cap. von Einreitung und Station auf allen etc. p.* 364. *l. d.* add. omnino §. *XI. ſupra not.* 4.

(8.) Ad quod antea Vice-Mareſchallus ab Imperatore vel eius Commiſſario monetur. Intelligendum tamen hoc ſolum eſt de prima conuocatione, quando nimirum propoſitio ab Imperatore eſt facienda. vid. LEHMANNVS *d. l. L. VII. c.* 124. *p.* 961, *et p.* 963. *n.* 6. ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n.* 78. *p.* 3-3. *ſeq. A. der Grundfeſte* P. *II. c.* 2. *p.* 62. *et* 66. Quoties vero ipſae deliberationes ſunt inchoandae, non ab Imperatore amplius ſed ex Cancellaria Moguntinenſi ſchedula, quae thema deliberandum, tempus, et locum Curiae indicat, illi mittitur, licet antequam legatum Saxonicum hac de re fecit certiorem, Status conuocare nequeat: Electore praeſente, i. ſi primum haec exhibetur, a quo deinceps Vice-Mareſchallus accipit. Vid. SOMMERVS *d. l. cap. Von Anfagung etc. p.* 365. *d. l.* ARVMAEVS *d. l. n.* 77. *pag.* 392. *A. der Grundfeſte* P. *II. c.* 3. *p.* 80. et THVLEMARIVS *de Octouiratu c. XXI. n.* 21. *p.* 356. CONRINGIVS *de Comitiis Imperii* §. 42. *p.* 507. et omnino §. 45. *p.* 509. VVAGENSEILIVS *c. IX.* §. 37. *p.* 123. *ſeq.* Ceterum notandum, Electores et Principes praeſentes ipſum Pappenheimium, eorum vero legatos ceterosque Status Metatorem Imperii conuocare. SOMMERVS *d. l.*

(9.) LEH-

monet. (9.) Die tandem Comitiis auſpicandis deſignato apparente, Imperatorem tum templum (in quo durante cultu diuino gladio ipſi adeſt) tum breui poſt curiam aſcendentem, enſe praecedit, (11.) nec quidquam, ad ſolennem hunc actum ornandum pertinere quod poſſet, omittit. Poſtea vero quam omnes Principes, aut qui ab iis ſunt miſſi, congregati, in Senatum Principum primum aſſumendos introducere, et locum iis conceſſum aſſignare, (12.) ceteros vero Proceres de ſeſſionibus capiendis incipit monere. (13.) Hinc ſtatim, proponenda quae veniunt ſi explicata, (14.) vota vt exponant prouocat, (15.) eaque colligit, eos

(9.) LEHMANNVS *d. l. L. VII. c. 124. n. 5. p. 981.*

(10.) LEHMANNVS *ib. n. 4. p. 960.* VVAGENSEILIVS *d. l. c. IX. §. 35. p. 120.* ARVMAEVS *d. l. c. VII. n. 10. p. 448.*

(11.) Praecipiente hoc *A. B. c. XXVI.* §. 3. Ipſe Archi-Mareſchallus ſi adeſt hocque officio fungitur, vaginam gladii, quem hic gerit, tenere Vice-Mareſchallo incumbit. vid. THVLEMARIVS *d. l. c. XVI. §. 17. p. 200.* VVAGENSEILIVS *d. l. c. IIX. §. 5. p. 51. et c. IX. §. 35. p. 120.* add. *A. der Grundfeſte* P. *II. c. 2. p. 70.* ARVMAEVS *d. l.*

(12.) THVLEMARIVS *d. l. c. XXI. §. 23. p. 356.*

(13.) THVLEMARIVS *d. l.* ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 83. p. 413.* Olim vnumquemque ad ſedem ſuam occupandam manu ducebat, SOMMERVS *d. l. cap. Von Sitzen in des H. Reichs Rath d. l. p. 366.* non etiam hodie, idque ideo, quo omne odium, inde in Archi-Mareſchallum alias redundaturum, evitetur. Sedente enim Imperatore ſolis Electoribus ſedes demonſtrat, cum Principes reliquos ſolum generaliter, certa adhibita formula, vt ad ſcamna aſſignata ſe conferant moneat. SOMMERVS *d. l. Actus proceſſionis et propoſitionis in Comitiis Ratisb. de An. 1663. iam. cit. §. 23.*

(14.) Quod hodie a Secretario Caeſareo fieri ſolet. vid. LEHMANNVS *d. l. L. VII. c. 124. n. 4. p. 961. A. der Grundfeſte P. II. c. 2. p. 63* Antiquiori vero aevo Mareſchallo Imperii hoc ius competebat. vid. SOMMERVS *d. l. c. Marſchall hat vor Zeiten auch proponiret p. 369.*

(15.) vid. SOMMERVS *d. l. c. Von der Vmfrage in Reichs Rathen, p. 368. d. l.* LEHMANNVS *in Chron. Spirenſ. L. VII. c. 124. n. 6. p. 965. A. der Grundfeſte P. II. c. 5. p. 106.* add. THVLEMARIVS *c. XXI. §. 23. p. 356.* CONRINGIVS *de Comitiis Imperii §. 50. pag. 113.* ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 84. p. 413. ſeq. et* WAGENSEILIVS *d. l. c. IX. §. 46. 47. ſeq. pag. 133.*

(16.) vid.

eos vero, his omnibus carere qui coguntur, excludit, (16.) ficuti etiam ne peregrini ad Confultationes admittantur intentus quo fit, eum decet. (17.)

## §. XIII.

Maximam tandem iurium, quae Serenissimo Saxoniae Electori qua Archi-Mareschalli fruitur dignitate, in publicis Imperii conuentibus tributa sunt atque concessa, partem omnino absoluit iuris dicendi in iis potestas, ab antiquissimis iam temporibus, (1.) propria Mareschallis. Huic enim non solum omnium Electorum, Imperii Statuum, exterorumque Principum legatorum familiae, (2.) omnesque peregrini, (3.) imo ipsi ciuitatis eius, (4.) sub-

(16.) vid. PAVERMEISTERVS *de Iurisdict. Rom. Imper. L. II. c. 2. n. 16.* Sic anno 1677. in Comitiis Ratisbonensibus Pappenheimio Suecorum Regis legatum tum ad Sessionem admittere, tum ad votandum vocare interdicebatur.

(17.) vid. LEHMANNVS *d. l. L. VII. c. 124. num. 6. pag. 963.* ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. num.* 85. *pag.* 414.

(1.) Quod probat tum CONRADVS VRSPERGENSIS *ad annum 1209.* vbi: *Cum Imperator venisset Augustam, multique Principes et milites conuenissent ad Curiam, praecepit Imperator Mareschallo de Calatin et militibus suis quatenus malefactores inuestigarent, sibique eos exhibeat in iudicio,* tum GERVASIVS TILBERIENSIS *in Otiis Imperial. ad Ottonem IV.* ap. *Ill.* LEIBNITIVM *T. I. R. Br. p.* 883. dum inquit: *Et quod ex officio Marescalciae sub debito armorum ministerio exequi teneor, acutae linguae gladio ducam in ministerium.*

(2.) vid. *Transactio inter Ciuitates et Archi-Mareschallum* anno 1614. inita §. *VVas zum dritten et §. was criminalem iurisdictionem etc. p. 164.* ap. LONDORPIVM *d. l.* SOMMERVS *d. l. c. von Rumor etc.* ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 41. seq. p. 360.* MVLTZIVS *in Repraesentat. Maiestatis Imperat. P. II. c. XXI. n. 113. p. 704. et P. III. c. X. n. 141. p. 1039.* KNIPSCHILDIVS *de Ciuitat Imper. L. II. c. 1. n. 95.* Ceterum haec Iurisdictio Archi-Mareschalli in Comitiis ab aduentu demum Imperatoris ad ea incipit. vid. *Transact. cit. §. wann es aber etc. p. 165.*

(3.) Cuiuscunque hi sint conditionis, nemine eorum excepto. Quo inprimis etiam pertinent mercatores, gladiatores, funambuli, meretrices etc. *vid. Transactio cit. §. wann es aber p. 164. d. l. A. des Europaischen Herolds P. I. p. 254.* add. omnino VVAGENSEILIVS *d. l. c. IX. §. 51. p. 137.* Iudaeos autem peregrinos quod attinet, durantibus Comitiis has conducendi, *vergleiten*, tabernam, non etiam Synagogen,

iis

(4.) fubfunt, fed et caufae tam ciuiles, (5.) quam criminales (6.) et dubiae, (7.) ad illam reuocantur, et vel a Legatis Saxonicis Electoralibus, vel Pappenheimio Vice-Marefchallo, quibus Archi-Marefchallus abfens hanc relinquit, iudicantur. In quo fummo autem iure, et cuius tantum fane eft robur atque pondus, turbando licet nonnullis temporibus tum ipfae ciuitates, (8.) in quibus Comitia funt habita, tum Principes, (9.) nec minus etiam

S Au-

iis concedendi poteftatem habet. vid. SOMMERVS *d. l. in cap. Von Jüden Vergleiten. Transactio cit. §. der Jüden Vergleitens etc. p. 164. d. l.*

(4.) Eo nempe in cafu, quando his cum peregrinis negotium eft, et mulcta folum, non poena corporis afflictiua vel cum relegatione coniuncta in ipfos eft ftatuenda. vid. *Transactio cit. cit. §. VVas criminalem etc. p. 164.* add. KNIPSCHILDIVS *de Ciuit. Imper. L. II. c. 1. n. 95.*

(5.) Hae indiftincte Archi-Marefchallo diiudicandae relinquuntur, fiue peregrinos folum, fiue ciues, cum peregrinis contrahentes vel difceptantes, concernant. vid. *dict. Transactio §. VVas zum dritten etc.* SOMMERVS *l. d. c. Von Rumor und Streitigen Sachen.*

(6.) Intelligendum hoc eo de cafu folum eft, quo nimirum delicta a peregrinis funt admiffa, tunc enim foli Archi-Marefchallo in ea inquirere, eorumque reos punire competit. Aliud vero obtinet fi ciuis deliquit, eoque peregrinus eft laefus. dict. *Transact. §. VVas criminalem etc.* SOMMERVS *c. l.* LIMNAEVS *in I. P. Additt. ad L. III. c. 7. n. 73. A. des Europaeifchen Herolds P. I. p. 838.*

(7.) Per *cit. Transact. §. VVann es aber etc. p. 164. d. l.* quando nempe, caufa in iudicium deducta vtrum ciuilis fit an criminalis, adhuc dubitatur.

(8.) Optime haec addifci poffunt tum ex *Decreto*, a Rudolpho II. an. 1582. ad litem quae inter Pappenheimium ciuitatesque de Iurisdictione in Comitiis intercedebat dirimendam interpofito, ap. OLDENBVRGERVM *in Limnaeo Enucl. L. IV. c. 27. §. 17. p. 218.* tum ex ciuitatum exceptionibus contra illud factis (quae *ibidem* repetiuntur) tum maxime ex infecuta *Transactione cit. de an. 1614. ap.* LONDORPIVM *d. l. et* ARVMAEVM *Vol. I. Iuris P. p. 6. feqq.* LIMNAEVM *de I. P. L. IX. c. 1. n. 85. et Tom. II. Additt. L. VII. c. 6.* add. ARVMAEVS *d. l c. 6. n. 60. p. 378. feq.*

(9.) Quod ex nouiffima illa controuerfia apparet, eo tempore a Principibus Archi-Marefchallo mota, quo legati Hannouerani, Limbachii, in Comitiis defuncti bona per Pappenheimium curauerat obfignari, quod ius tamen ad eum pertinere oftendit *A. des Europaeifchen Herolds P. I. p. 837.*

(10.) vid.

Aulae Caesareae Mareschallus, (10.) tantopere fuerunt annili, frustraneus tamen semper eorum fuit conatus, nec quidquam effecerunt amplius, quam vt hoc in iure magisque se firmandi optimam Archi-Mareschallo praeberent occasionem, ipsique Imperatores, tam hoc quam cetera eius iura augendi ipsi atque stabiliendi, eo incitarentur. Ad iura quod attinet, quibus in diiudicandis exponendisque hisce controuersiis quo vtatur necesse habet, ante omnia Statuta istius loci, in quo Comitia celebrantur, his vero deficientibus iura Caesarea communia ipsi veniunt obseruanda. (11.) Cum his autem Transactiones hinc inde inter Vice-Mareschallum ciuitatesque Imperii initae, earundem ab Electoribus Saxonicis factae confirmationes, Decreta Caesarea, aliaque eius generis publica Documenta, vim Legum quae obtinuerunt, sunt omnino coniungenda. Ceterum, quonam ex fundamento iurisdictionis huius exercitium sit repetendum, vtrum ex Speculo Saxonico, (12.) an ex magistratus ciuitatis illius Caesari aduenienti facta clauium portarum atque Archiui oblatione, (13.) videant alii, nobis sufficit, summam prorsusque egregiam esse illam Archi-Mareschalli dignitatem, declarasse.

§. XVI.

(10.) vid. SIXTVS SOMMERVS *d. l. in c. Von Rumor und Streitigen Sachen.* ARVMAEVS *de Comitiis c. 6. §. 43. 44. seqq. p. 260. seqq.* Hoc interim certum est, in aulae Caesareae ministeriales Pappenheimio nullam competere iurisdictionem, sed illius aulae Mareschallo fuisse relictam. vid. SOMMERVS *d. l.* KNIPSCHILDIVS *de Ciuit. Imper. L. II. c. 1. n. 95.* THVLEMARIVS *de Octouiratu c. XXI. §. 24. p. 357.* BERTRAMVS *de Comitiis c. 5. §. 60.* LIMNAEVS *d. l. L. IX. c. 1. n. 84. A. des Europaeischen Herolds T. I. p. 254.*

(11.) vid. *dict. Transactio §. VVann es aber etc. p. 164.*

(12.) *art. 60. Lib. III.* vbi: *In welch Land Er (der Kayser) kommet, da ist ihm ledig das Gericht daselbst, also daß er woll selbst richten mag alle die Klagen, die vor ihm kommen. quod et velle videtur* GAILIVS *in Tr. de Pace Publ. L. I. c. XI. n. 4.* add. THVLEMARIVS *c. 21. §. 26. p. 357. seq.*

(13.) vid. BERTRAMVS *de Comitiis c. V. §. 60.*

(1.) An-

## §. XIV.

Archi-Marefchallum Imperii eo tempore, quo bellum patriae pro falute atque incolumitate geritur, multis iterum atque egregiis iuribus et praerogatiuis prae ceteris Imperii Principibus gaudere, exempla, tum ex antiquitate (1.) tum recentioris aeui annalibus (2.) defumta probant atque declarant. Potiora autem huc quae fpectant iura haec funt, vt, Imperatore ad exercitum in expeditione iam conftitutum veniente, ordines inftruat, omnesque alios Imperii Status eorumque copias cum militibus fuis praecedat, (3.) tum et, vt, proelium fi committendum eft, et forte contingit praefens vt fit Imperator, vexillum generale toti exercitui praeferat, (4.) et in prima acie fuis cum copiis confiftens

 (4.) prae-

(1.) Antiquisfimum effe hoc ius ex MAVRI *defcriptione Coronationis Caroli V. apud* GOLDASTVM *in Politicis Imperial. P. III. p. 267.* docemur. Ibi enim Saxonem, Archi-Marefchallum, a Iuliacenfi Duce hoc in iure exercendo turbatum, ad antiquisfimum morem repertasque fchedulas prouocare inuenimus.

(2.) Sic Maximilianus II. Augufto Saxoniae Electori. an. 1567. fummam rei bellicae curam demandauit. vid. *Europaeifcher Herold P. I. p.* 250. Eandem fummi belli Ducis Poteftatem Pax Pragenfis Io. Georgio I. denuo confirmauit, vid. *Inftrumentum huius Pacis §. Zu deffen allen würcklichen. ap.* LONDORPIVM *Actorum. Publ. Tom. IV. l. 3. c. 4. p. 457. ad an. 1635.* Nouisfime vero Ioh. Georg. III. duabus vicibus hoc munere eft functus, primum an. 1673. viuo adhuc Diuo Parente, vid. ADOLPHVS *ab* HAVGWITZ *in Tr. de Regni et Aulae Marefchallis c. VII. fect. I. n. 5. p. 219.* dein anno 1689. de quo cafu teftatur *A. des Europaeifchen Herolds. Tom. I. pag. 251.*

(3.) Merito haec duo iura inter ipfa officio Archi-Marefchalli inhaerentia priuilegia refert RHETIVS *in Inftit. I. P. L. I. T. 12. §. 13. p. 232.* vid. etiam MAVRVS *in Defcript. Coronationis Caroli V. d. l.* GOLDASTVS *in Rationali Conftitt. Imperial. pag. 102. in not. ad c. XXVII. A. B.* LIMNAEVS *Tom. I. Addit. ad L. III. c. 10. n. 27.* THVLEMARIVS *de Octouiratu d. l. c. 16. n. 15. p. 199.* CONRINGIVS *de Officialibus Imper. §. 16. p. 551.* Idem ius antiquisfimis, et Caroli M. iam temporibus ad Sueuiae Duces fpectaffe refert *Speculum Sueu. L. I. §. 27. add.* STVMPFIVS *in Chron. Heluet. l. 6. c. 19. p. 159.*

(4.) Munus gerendi imperialis vexilli fub Francis aeque ac primis Germanicis Imperatoribus ambulatorium fuiffe, probe ex antiquis fcriptoribus obferuat OBRECH-

TVS

(5.) praelium ordiatur. (6.) Quae cum ita sint, causa nos porro latere nequit, supremum per Imperium Germanicum belli Ducem eum ab omnibus appellari.

§. XV.

Non antiquum (1.) solum, sed et per vniuersas Germaniae ditiones sese extendens, merito ius illud appellamus quod Archi-Mareschallo buccinatores aeque ac anacaristas protegendi, de eorumque controuersiis iudicandi, tribuit potestatem. Licet autem irritum plane esse videatur, quenquam de illo, in primis vbi tot Imperatorum decretis (2.) firmari atque roborari coepit, am-

TVS *in Diatriba de Vexillo Imperiali c. 4. p.* 22. Posteriori demum aeuo certis in Imperio Principibus coepit assignari, et cum diuersa essent vexillorum genera; non poterat non fieri vt plures etiam vexilliferi in Imperio constituerentur. Hoc interim satis est euictum, maius imperii vexillum seu pedestre *die Reichs-Haupt Fahne*, quod ad expeditiones bellicas solum pertinet, et praesente in primis Imperatore explicatur, a nullo alio quam Archi-Mareschallo posse geri, licet LIMNAEVS *T. I. Addit. ad l. 7. c.* 10. *n.* 27. et OBRECHTVS *d. l. p.* 14. in dubium hoc Saxoni competens ius vocare annituntur, quorum vltimus Reipubl. Argentoratensi hoc tribuit, sed perperam vexillum Imperiale maius cum illo, quod *die Stadt-Fahne* vocatur, confundit. Interim tamen causa nos amplius latere nequit, si, Electorem Saxon. in antiquis literis et monumentis *des Heiligen Römischen Reichs-Marschalch und Panner-Meister* appellari, videmus. vid. THVLEMARIVS *d. l. c. XVI.* §. 22. *p.* 202. *seq.* et omnino *Auctor des Europaeischen Herolds P. I. p.* 250. *seqq.* qui maxime in iure hoc Serenissimis Saxoniae Electoribus vindicando sedulus est atque occupatus, ideoque omnino conferri meretur. Ad vexillum Imperii minus siue equestre, *des H. Reichs Renn-Fahne* quod attinet, conferri de eo potest OBRECHTVS *d l. c.* 3. *p.* 15.

(5.) WAGENSEILIVS *d. l. c. IIX.* §. 34. *p.* 82. HAVGWITZ *d. l. c. VII. n.* 141. *p.* 633.

(6.) SLEIDANVS *de Statu Relig. L. II. p.* 31. WAGENSEILIVS *c. l.* THVLEMARIVS *c. l.* GOLDASTVS *in Rationali Constitt. Imperial. p.* 102. LIMNAEVS *ad Capitulat. Caroli V. ad art.* 30 *n.* 15. *p.* 320. STRAVCHIVS *Diss. Exot. III.* §. 11. *p.* 83.

(1.) vid. KNICHENIVS *in Opere Politico P. II. Lib. 2. Sect. 2 c. 1.* §. *10. p. 247.* add. *A. des Europäischen Herolds, Part. I. pag. 254.* ex antiquissima obseruantia hoc ius deducens.

(2.) Inprimis literis Ferdinandi II. Imperatoris, quas exhibet LIMNAEVS *Tom. II. Addit. ad L. III. c. 10. n. 27. p. 210. et anno 1623.* Ratisbonae d. 27. Febr. hoc sub

Tit.

amplius dubitare: factum est tamen vt nonnulli haud ita pridem, cum in dubium illud vocare haud potuerint, quo quidquam eius de dignitate detraherent, allaborarint, contendentes quippe eos buccinatores, qui in Principum aulis reperiuntur, ab Archi-Mareschalli iurisdictione plane esse exemtos, hancque solum in bellicos, in expeditionibus nempe terrestribus maritimisque existentes, competere illi. Quam suam ad sententiam firmandam variis licet argumentis vtantur: nihil tamen ea iuri, Archi-Mareschallo iam diu quaesito, derogare, vel omnem responsionem superare existimamus. Non enim eos attulisse iuuat, Principum hoc tum iuris dicendi potestati, tum priuilegio de non euocandis subditis, ipsis concesso, praeiudicium afferre: cum ab antiquis iam temporibus a Principum iurisdictione in rebus suae artis (3.) hi fuerint liberati. (4.) Nec quidquam sane facit ab iis adduci, cohaerere hoc ius cum Archi-Mareschallatu, iura autem, vi huius quae

 com-

Tit. *Confirmation über die 13. Punckte welcher sich die Feld-Trompeter wegen der Lehr-Iungen verglichen.* sunt emissae. et Ferdinandi III. de 1654. *ap. eund. d. l. et* ANTONIVM FABRVM *in Europaeischer Staats-Cantzeley P. I. c. 13. fasciculo 3.* Maxime vero notatu digna sunt, nec parum etiam ad ius hoc Archi-Mareschallo asserendum faciunt, in fine prioris Decreti quae leguntur: *Diese Punckte bestätiget Ferdinand der andere, doch mit diesem Bedinge, daß solche Confirmation dem Churfürsten zu Sachsen (und dessen Nachkommen) an dessen Recht und Gerechtigkeit, als der Feld-Trompeter hoh... Patron und Iudici unpraeiudicirlich und ohne Schaden sey.* add. *A. des Europaeischen Herolds P. I. p. 253. seq.* VVAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 34. p. 82. seq.* THVLEMARIVS *d. l. c. 16. §. 21. p. 202.* VITRIARIVS *in Inst. I. P. L. III. Tit. XII. §. 35.* qui omnes ad Serenissimum Saxoniae Electorem ius hoc pertinere fatentur.

(3.) Certae enim illis Regulae sunt praescriptae, quae tum eo tempore quo tyronum in loco adhuc habentur, tum buccinatores si fuerint facti, perpetuo iis veniunt obseruandae. Quo pertinent etiam priuilegia, quibus aduersus meros tubicines, *Spielleute, Thurm-Blaser etc.* vtuntur. De his omnibus autem certiores nos reddunt *cit. Ferd. II et III. Decreta.*

(4.) Testantur hoc citata Decreta, in quibus ipsis peculiaria et a Principum iudiciis separata fora denuo confirmantur. add. omnino *A. des Europaeischen Herolds P. I. p. 253.* qui neque priuilegio de non euocandis subditis tanquam recentiori nec iurisdictioni Principum in suis territoriis haec obesse pluribus ostendit. Sic eadem fere

competerent, in solennibus tantum curiis bellicisque expeditionibus esse exercenda: (5.) At enim vero cum Archi-Mareschalli munus non vna cum illis finiri certum sit, et extra ea tempora iudicem buccinatorum eundem remanere quo fateamur necesse erit, maxime cum ipsa priuilegia, illis ab Imperatoribus concessa, id tantopere iniungant. Et licet in priuilegiis Imperatorum, quod iidem opponunt, eorum solum buccinatorum, qui castra sequuntur, mentio fiat, horumque solum patronus et iudex Archi-Mareschallus ibi appelletur: vnusquisque tamen facile intelligit, non excludi hic aulicos, sed sub iis omnino comprehendi. (6.) Denique plane nobis non aduersatur societatem horum hominum, quae Dresenae se tenet, *(Die Chur-Sächsische Cammeradtschafft)* priuatorum sequi conditionem, ideoque nec vllam ad eos pertinere posse iurisdictionem, ab iis opponi: ignorare enim prorsus nobis videntur, ab ipso Archi-Mareschallo hanc ad id esse constitutam, omniaque ideo non sua auctoritate, sed illius vice sibi sumere peragenda. (7.) Potius itaque est vt omnes controuersias, de rebus artis suae inter buccinatores ortas, ad collegium eorum superius

fere ratione Electori Palatino fabrorum cuprariorum protectio, *der Kessler*, ad aliena quoque territoria sese extendens, est concessa. vid. THVLEMARIVS *d. l. c. 18. §. 45. seq. p. 271.*

(5.) Quod ipsum dum concedunt, et aulicos buccinatores a patrocinio et iudicio Archi-Mareschalli non esse exemtos simul fatentur. Imo firmis rationibus argumentum eorum non niti et ex eo apparet, quod Elector Palatinus vi sui Archi-officii (quippe quod circa dapes, in ahenis olim parandas, et patinas versatur) fabrorum cuprariorum, eadem ratione qua Archi-Mareschallus buccinatorum, est patronus, non tamen eo solum tempore quo Imperator est inaugurandus hoc ipsi ius competit, sed finita coronatione adhuc durat. Idem autem in Archi-Mareschallo obtinere quis dubitabit?

(6.) Id quod et iurisdictio, dum curia solennis celebratur in eos Archi-Mareschallo competens, satis declarat. vid. *not. praec.*

(7.) Hinc, delatas ad se controuersias si ipsa dirimere non potest, ad iudicium supremum aulae Electoralis Saxonici Mareschalli, *das Ober-Hof-Marschall-Ampt*, defer-

ſuperius quod Dreſenae exiſtit, (*an die Chur-Sächſiſche-Cameradſchafft.*) deferendas, deciſionemque harum ab illa expectandam eſſe aſſeramus. (8.) Primum enim per tot ſaecula iam iudicium hoc atque patrocinium omnes aularum buccinatores agnouerunt, lites inter ſe exortas ad Imperii Archi-Mareſchallum detulerunt, ab eoque componi curarunt, eiusque in deciſione acquieuerunt, Principibus eorum, quibus a miniſteriis erant, nunquam hoc prohibentibus, ſed quo fieret auxiliantibus. (9.) Dein, ſi quae Statuta condita ſunt ab illis, haec ſemper a ſolo Imperatore et Saxoniae Electore confirmari deſiderarunt, (10.) ſatis eo declarantes, ſummum hunc ſuum protectorem et iudicem ſe agnoſcere; maioris interim ſecuritatis quam neceſſitatis gratia Imperatoris conſenſum atque confirmationem adhuc poſtulantes. Tum neminem fugit, bellicam eſſe hanc artem, (11.) neminemque iura et

deferre neceſſe habet, quae ibi ſi non componuntur, ab ipſo tandem Electore deciſio earum erit petenda, ſicuti omnes res graues magnique momenti ſtatim ad ipſum Archi-Mareſchallum ſunt deducendae. vid *A. des Europaeiſchen Herolds p.* 254. *et* Dn. HORNIVS *in I. P. c. XXXII.* §. 6. *p.* 255.

(8.) Licet enim in *eorum articulis*, a Ferdinando II. et III. confirmatis, inprimis *art.* 21. haec legantur: *VVann ein Trompeter etwas verbrochen, ſoll ſelbiges entweder nach der aelteſten und Cameradſchafft Erkenntniß geſtraffet oder durch iedes Orts vorgeſetzte Obrigkeit.* Haec tamen omnia ſaluo Archi-Mareſchalli iure eſſe conſtituta, verba *ſupra not.* 2. adducta ſatis indicant. In primis vero tres caſus hic veniunt ſecernendi: Aut enim controuerſia inter eos de rebus ſuae artis intercedit, et tunc vel ipſi componendi eam, vel ad Archi-Mareſchallum perferendi libertate gaudent: aut vero litem cum aliis alunt: aut delictum ob iis eſt commiſſum, et hiſce duobus in caſibus cognitionem magiſtratui illius loci, quo ſe tenent competere, verba vltima: *Durch iedes Orts etc.* volunt. Hoc enim tempore non tanquam buccinatores amplius, ſed vt delinquentes conſiderantur.

(9.) Quod variis exemplis probat *A. des Europaeiſchen Herolds Tom. I. p.* 253. *et* 254.

(10.) Quod factum nouisſime fuit an. 1657. a Sereniſſimo Saxon. Electore Io. Georgio II. vid. *A. des Europ. Herolds. ib.*

(11.) vid. Dn. WILDVOGELIVS *in Diſſ. de Iure Buccinatorum* §. 24. *et* 43. Ideoque omnes

et priuilegia buccinatorum pleno iure acquirere, nisi castra vnis aestiuis ad minimum sequatur, (12.) vnde et facile colligere licet, non in expeditione solum constitutos, sed et aulis in Principum qui inueniuntur, eius protectioni et iurisdictioni debere annumerari. Denique inter summa eorum priuilegia numeratur, nullum alium in rebus suae artis iudicem quam Archi-Mareschallum eos agnoscere teneri; (13.) hoc autem eo omnino labefactaretur, si Principes, quorum in aulis se tenent, hac libertate eos priuare vellent. (14.) Quae cum ita sint, quis dubitabit Serenissimum Saxoniae Electorem, officio Archi-Mareschalli qui praeest, ratione illius summum buccinatorum et anacaristarum esse iudicem, protectorem ac patronum, ideoque merito ab Imperatore et toto Imperio eo in iure esse tuendum.

§. XVI.

Ante vero quam finem iuribus cum Archi-Mareschallatu coniunctis imponamus, paucis adhuc attingere habemus constitutum, Serenissimum Saxoniae Electorem illius dignitatis ratione vicariam in Imperio absente vel mortuo Imperatore obtinere potestatem. Cuius autem expositioni Sectio mox secutura cum sit destinata; non inutile nos esse facturos putamus si ea, quae hoc de iure afferri hac forte occasione potuissent, prorsus omittamus. Ceterum, iuribus his modo a nobis expositis siquid adhuc venit addendum, erit sane, Archi-Mareschallum Imperii praesentem, gladiumque eo

omnes buccinatores, quotquot eorum modo sunt genera, dignitate sunt pares, iisdemque artis suae legibus et consuetudinibus vtuntur.

(12.) vid. *Decretum Ferdinandi III. art. 7. et 16. ap.* LIMNAEVM *d. l.*

(13.) vid. *Priuilegia eorum*, a Ferdinand. II. et III Impp. et Io. Georgio II. Saxoniae Electore confirmata, et LIMNAEVM *d. l.* add. *A. des Europ. Herolds. d. l. p.* 253. Impetrata vero demum ab Archi-Mareschallo controuersiae ad eum delatae decisione, in ea vt adquiescant ipsis incumbit, adeo vt pars obsistens pecunia puniri vel omnibus iuribus priuari iure queat. *Vid. A. des Europ. Herolds pag.* 253. 54. exemplum adducens.

(14.) Quod vero si eueniat, quaeque tunc poena in Principes, illos eo impedientes sequatur, ostendit *A. des Europ. Herolds. d. l. p.* 254.

(1.) Per

eo tempore, quo Princeps quis equo insidens ab Imperatore investitur, tenentem, equum illum quo vectus est vasallus (1.) accipere, absente vero eo Vice-Mareschallum Pappenheimium sibi illum vindicare. Cum vero saepius accidat, vt vterque desiderentur, aulae Caesareae Mareschallo commodum hoc (2.) tunc demum tribuit *Aurea Bulla.*

### §. XVII.

Dignitatem Archi-Mareschalli in Imperio nostro antiquissimam licet esse sciamus: non idem tamen de titulo eiusque in Diplomatibus vsu asserere conamur. Primus enim Saxoniae Ducum, qui axioma Sacri R. Imper. Archi-Mareschalli, iam diu ante (1.) vna cum dignitate suae familiae a Friderico I. Imperat. impertitum, vsu tandem et charactere perpetuo dignitatis Imperii officialis vsurpauit, fuit Rudolphus I. idque tum eius Diplomata, (2.) tum scriptorum haud pauci (3.) testantur. Vt nullam itaque mean-

T

(1.) Per *A. R. c. XXIX. §. vlt.* LIMNAEVS *in Obs. ad h. l. Obs. vlt. pag. 609.* VVAGENSEILIVS *d. l. c. VIII. §. 35 pag.* 83. Signum hoc iterum est praerogatiuae prae ceteris Archi-officialibus, quod solus ex inuestituris Principum nanciscitur commodum, cum a ceteris tamen, praesentibus, eo in casu gratis officia exhibeantur.

(2.) Hodie, cum equo in inuestituris non utantur amplius Principes, nec inuestiturae etiam in campo, vti antea, sed conclaui fieri soleant, equi loco 120. fl. Mareschallo soluuntur. vid. STRYCKIVS *in Appendice ad I. F p.* 484. Haec itaque sunt iura Serenissimis Saxon. Electoribus vi Archi-Marschallatus propria. Nam licet WESENBECIVS *in Consil.* 40. *n.* 46. *et Consil.* 46. *n.* 2. et SPEIDELIVS *in Speculo Iuridico Politico p.* 541. sibi persuadeant, Serenissimum Saxoniae Electorem priuilegio de non appellando vi sui Archi-officii ad exemplum Praefecti Praetorio Romanorum gaudere: Hanc tamen assertionem febriculosam iuris Ciuilis Romani sapere notitiam quilibet videt.

(1.) Bernhardo nempe, auo, et Alberti Vrsi filio. *vid. supra* §. *VII.*

(2.) vid. *supra* quae dicta sunt ad *§. VII. not. 4. add.* GOLDASTVS *in Appendice Documentorum, Commentario de Iuribus ac Priuilegiis Regni Bohem. adiecto p. 66.* adducens Dipolma Caroli IV. Imperatoris de an. 1355. in quo hunc titulum illi tributum videmus: *Illustris Rudolphus Senior Dux Saxoniae Sacri Imperii Archi-Mareschallus, auunculus noster etc.*

(3.) vid. ALBINVS *in Chron. Misn. T. XVI. p. 217. in fin.* nominat enim tempora Caro-

reantur fidem, qui, ab Alberto II. iam hoc fuisse adhibitum quo aliis persuadeant, tantopere allaborant. (4.) Nec vna semper eademque tituli huius in Diplomatibus habita fuit ratio, quandoque enim infimo loco collocatus (5.) inuenitur, cum alibi iterum primum post Ducatum Saxonicum (6.) obtineat locum, alibi vero omnibus plane titulis praemittatur. (7.) Hoc interim notandum est, omnibus in Diplomatibus, tam antiquioribus quam recentioribus, titulo Electoris praepositum, (8.) hunc inueniri.

§. XIIX.

Caroli IV. speciatim vero annum 1330. quo Archi-Mareschalli axioma primum in Diplomatibus adhiberi coepisset, et SCHVRTZFLEISCHIVS *de Vitriis Eccles. §. 8. p. 10.* et *in not. ad Vit. Alberti III. p. 111.* consentiens cum ALBINO. add. WAGENSEILIVS *l. d. c. IIX. §. 36. p. 83. 84. seq.* PFEFFINGERVS *in Not. ad* VITRIARIVM *p. 975.* Qua vero demum aetate titulus Elactoratus illi sit adiunctus, SCHVRTZFLEISCHIVS et ALBINVS *cc. ll.* nobis ostendunt, licet illius opinio huius sit praeferenda.

(4.) vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *in not. ad Vit. Alberti III. pag. 111.* ALBINVS *in Chron. Misn. l. c.*

(5.) Quod ex VVenceslai Ascanii et successorum eius Diplomatibus ostendit EYBENIVS *in Diss. de Tit. Nobilis §. 45. p. 855.* add. *Diploma Rudolphi II. Ascanii*, sectioni primae subiectum. His demum omnibus coniungantur ea, quae habet Dn. HORNIVS *in Diss. de Burggrau. Magdeb. §. 20. p. 32. 33.*

(6.) Sic in *R. I. de* 1544. haec leguntur: *Iohann Friedrich Hertzog zu Sachsen, des H. R. Reichs Ertz-Marschall und Churfürst etc.* Idem fere et nostris temporibus titulorum obtinet ordo, nisi quod post axioma, *Hertzog zu Sachsen*, verba: *Iülich, Cleß und Bergen, Engern und VVestphalen:* insetta legantur.

(7.) vid. Dn. HORNIVS *in Diss. de Burggraß. Magdeb. §. 20. p. 32.* Diplomata quae hoc probant adducens.

(8.) Vera huius rei ratio haec nobis esse videtur. Constat iam ex superioribus tum Archi-officium Electorali dignitate longe esse antiquius, tum illius titulum hoc prius adhiberi coepisse. Nec quemquam fugit Saxoniae olim Duces, et quidem fere Ascaniorum omnes, e Misnensibus vero Fridericum Bellicosum et Fridericum Placidum, vid. Dn. WECKIVS *in Chron. Dresd. p. 20. 169. 170.* solum sui Archi-officii axioma adhibuisse, licet, diu iam ante Electorali honore auctos eos fuisse, sit certum. Causa, quae ad tale quid faciendum hos omnes commouebat, inprimis erat, quod vtilitatis iis esse nullius videbatur vtrosque titulos inter quos tanta tamen intercederet affinitas, simul vsurpare. Haec itaque tam Archi-officii antiquitas, quam tituli etiam illius prae Electorali antiquior vsus vt ille huic antepone-

## §. XVIII.

Insignia Saxonica Electoralia inspicientes, in medio eorum scutum ex superiori parte atrum inferiori vero argenteum se nobis ostendit, in quo duo gladii rubentes, decussatimque traiecti, apparent. (1.) Falso hic sibi nonnulli persuadent, (2.) duobus his gladiis dignitatem Electoralem indicari, cum certum tamen potius sit signum eos esse Archi-Mareschallatus. Quod si enim originem horum indagemus, videmus sane iam ante partam dignitatem Electoralem insigne hoc Ascanios habuisse, idque vsurpasse, (3.) quod fieri non potuisset si, vti volunt, dignitatem respiceret Electoralem. Primus enim ex Ascaniis qui insignibus his fuit vsus Bernhardus, a Friderico I. iis donatus, memoratur. (4.) Bernhardum

T 2

poneretur efficiebat. vid. *supra Sect. I. §. 15. not. 11. seq. p. 66. §. 21.* ibique *not. 2. et not. 17. seq.* add. Dn. HORNIVS *d. l. p. 33.* Aliud quidem probare posset Diploma illud, quod de Alberto II. Ascanio GOLDASTVS *in rechtlichen Bedencken von der Succession und Erbfolge der Königreiche Hungarn und Böhmen p. 152.* et *in Politischem Reichs-Handlungen P. I. ad an. 1291. p. 2.* adducit, vbi Electoris axioma ante Archi-Mareschalli collocatur, nisi fides eius nimis esset suspecta. vid. *supra sect. I. §. 21. not. 17. p. 88.* add WAGENSEILIVS, *d. l. c. 8. §. 36. p. 83.* ex recentioris inprimis aeui stylo fidem faciens nostris assertis.

(1.) vid. SPENERVS *de Insignibus Domus Saxon. Proleg. §. 34. p. 24.* HOPPINGIVS *de Insignibus c. 6. Part. IV. §. 2. n. 612. p. 330.* ALBINVS *in Chron. Misn. T. XVI. pag. 217. et 423.* THVLEMARIVS *d. l. c. 16. §. 23. p. 203.* VVAGENSEILIVS *d. l. c. 8. §. 37. pag. 84. seq.* BECHMANNVS *in Exercit. I. P. Ex. 12. de iuribus Domus Saxonicae §. 25. n. 7. p. 504.* qui omnes etiam (ALBINO excepto) pro Archi-Mareschallatus insignibus, idque recte, eos habent.

(2.) Quorum in numero est ALBINVS, qui tum in *Chron. Misn. c. l.* tum *im Stamm-Buche des Hauses Sachsen p. 207.* hanc sententiam tuetur. Nec minori in errore LIMNAEVS *in I. P. T. I. L. III. c. 10. n. 29. p. 147.* KNICHENIVS *de Saxonia non prouocab. voce Elector. c. 1. num. 169.* aliique versantur, qui vnum gladium Electoratum, alterum Archi-Officium indicare contendunt.

(3.) Assentitur nobis SCHVRTZFLEISCHIVS *in Diss. de VVittekindo M. p. 30.* dum inquit: *Et id opinor iterum documento est fuisse vsum ensis Mareschallici ante partam septemuiri Augustalis dignitatem.*

(4.) ALBINVS *im Stamm-Buche etc.* (vbi tamen perperam eum Saxoniae appellat Electorem,

hardum vero Electorali honore fuiſſe gauiſum nemo probabit, licet huic, vna cum Ducatu Saxoniae Archi-Mareſchalliam beneficio Friderici I. Imperatoris obtigiſſe (5.) negari haud queat. Tum etiam contrariam ſententiam refellunt ipſa Pappenheimii Vice-Mareſchalli inſignia, in quibus itidem duos gladios deprehendere licet, (6.) quae tamen nulla alia ex ratione ab illo adhiberi conſtat, quam vt Vicarium ſuum Mareſchalli officium eo omnibus faciat notum. Tandem et eo maiorem aſſertio noſtra meretur fidem, quo magis omnibus eſt perſpectum, optime haecce inſignia officiis Archi-Mareſchalli reſpondere, omnibusque fere in actibus ſolennibus, quibus intereſſe iubetur, gladium ab eo adhiberi.

ctorem.) *p.* 207. annnum nominans 1118. ſecus ſentiens *in Chron. Miſn. T. XVI. p.* 217. et originem incertam plane eſſe horum inſignium contendens dum nec in Rudolphi I. nec II. ſigillis haec inueniſſet. add. *Rythmi illi antiqui ap.* ALBINVM *Chron. Miſn. d. l. A. des neuen Sächſiſchen Stamm-Baums* ſub rubrica: *Ordnung der Chur-und Fürſtl. Sächſiſ. Provintz-VVapen.*

(5.) vid. SCHVRTZFLEISCHIVS *de VVittekindo M. pag.* 30.

(6.) SPENERVS *d.l.p.19. et in opere Heraldico L.III.c.28.p.683. Mr. de Sainte* MARTHE *l'Etat de la Cour des Roys de l'Europe P. II. lib.* 3. *c.* 1. *p.* 185. *edit. an.*1680. *Pariſ.* SIEBMACHERVS *im VVapen-Buch P. I. p.* 19. VVAGENSEILIVS *d. l. c. IX. §. pen. p.* 148. *ſeqq.* Primum vero hos duas gladios inter inſignia Pappenheimiorum in Comitiis Auguſtanis, a Carolo V. an. 1555. celebratis, fuiſſe relatos HVNDIVS *im Bayerſchen Stamm-Baum p.* 177. teſtatur ſimulque nos docet, initio ſolum ad ſeniorem familiae horum inſigniorum vſum pertinuiſſe, tandem vero in Transactione, ann. 1574. inter illum ceterosque agnatos inita, ab Auguſto Electore Saxoniae et his illum fuiſſe conceſſum.

*Literae Inueſtiturarum a Chriſtiano II. Electore Saxoniae Pappenheimiorum genti conceſſae.*

*Von Gottes Gnaden Wir Chriſtian der Andere, Herzog zu Sachſen, des H. R. Reichs Ertz-Marſchalck und Churfürſt, Landgrafe in Thüringen, Marggrafe zu Mieſſen und Burggrafe zue Magdeburgck etc. vor Uns und in Vormundſchafft der Hochgebohrnen Fürſten unſerer freundlichen lieben Brüdere, Herren Johanns Georgen, und Herren Auguſten Hertzogen zu Sachſen, thun kund und bekennen gegen männiglichen, daß Wir denn Edlen unſern*

*ſern lieben Getreuen Alexandern, als jetziger Zeitt dem Elteſten im Geſchlecht und Conraden, Philipßen, Veit Hippoliten, Heinrich Burckharten, Wolff Chriſtoffen, Wilhelmen, Philipß Thomaßen, Maximilian, Caſpar Gottfrieden, Gottfried Heinrich, George Philips, und Philips Ludewig, Gebrüdern und Gevettern, allen zu Pappenheimb, des Heiligen Römiſchen Reichs Erb-Marſchalcken, und allen ihren rechten Ehelich gebohrnen Leibes-Lehns-Erben, das Schloß Pappenheimb, mit dem Under-Marſchalch-Ambt, und mit ſambt allen ihren Zugehörungen, ſambt und ſonderlich, ſo viel Wir jeglichen nach Ahnzahl der Sipſchafft halben gepühren mag, zu einem rechten Erb-Lehen gilihen haben, und leihen auch dem genanten Alexandern dem Eltiſten, Conraden, Philiß, Veit Hippolyten, Heinrich Burckharten, Wolff Chriſtoffen, Wilhelmen, Philipß Thomaßen, Maximilian, Caſpar Gottfried, Gottfried Heinrichen, George Philipß und Philipß Ludewig, Gebrüdern und Gevettere, Marſchelcken zu Pappenheimb und allen ihren rechten Ehelich gebornen Leibes-Lehns-Erben, das obgenante Schloß Pappenheimb mit ſambt dem Under-Marſchalch-Ampt, und allen ihren Zugehörungen, ſambt und inſonderheit, wie obgemelt, gnediglich mit dieſem Brief, das Sie von Uns, unſern Erben und Nachkommen, den Hertzogen zu Sachßen, etc. doch von deme, der unter denſelben Hertzogen zu Sachſen ein Churfürſt ſein würd, haben, beſützen und gebrauchen ſollen, ohne alles Gevehrde. Hierbey ſein geweſen und gezeugen die Veſten und Hochgelehrte unſere Rhäte und liebe Getreuen, Bernhart von Pollnitz, zu Schwartzbach, Neuenſorg und Linden-Creutz, unſer geheimer Rath und Cantzler, Bernhart von Malkaw, zu Altenſchonfelß und Chriſtgrün, George Ulrich vom Ende, Chriſtof von Loß zu Pellnitz der jünger, Caſpar von Berek zur Polnitz, Jochim von Dhelaw zu Ruppersgroben, Herr Sigmund Vhelinng zu Mildtberg, der Rechten Doctor, und andere mehr, der unſer gnug glaubwürdige. Zu Urkund haben Wir unſer Inſiegel ahn dieſen Brief wiſſentlich hengen laſſen, der geben iſt zu Dreßden den ſechs und zwantzigſten Junii nach Chriſti unſers lieben Herrn und Seligmachers Gebuhrt, Tauſend ſechs hundert und in anderen Jhare.*

*Chriſtian Churfürſt.*

# SECTIO TERTIA
## DE
# VICARIATV SAXONICO.

Σύνοψις.

*§. I Vicariorum tum in aliis regnis electitiis, tum et in Germanico ostendit necessitatem §. II de Vicariorum in Germania origine agit. §. III. Quando Palatinus et Saxo Vicariam in Germania obtinuerint potestatem, declarat, §. IV. An Saxoni etiam absente Imperatore Imperii Germanici cura competat disquirit. §. V. Vicariatum Saxonicum non Palatinatui sed Archi-Mareschallatui adhaerere docet. §. VI. Iura, ratione Vicariatus Saxoni quae exercenda veniunt, indicat. §. VII. Ostenditur Saxonem et Palatinum iura sua diuisim exercere, simulque vtriusque Vicariatus fines enarrantur. §. VIII. De Vicaria potestate, ad Fridericum III. Saxoniae Elect. extra ordinem et singulari quodam modo a Maximiliano I. Imperatore delata, mentio fit. § IX. Tradit notatu quaedam digna de titulo Electoris Sax. tanquam Vicarii.*

§. I.

Egregium prorsus nec minus cum omnium salute coniunctum est institutum, certos in regno electitio constitui, qui Imperio vacante summam rerum administrant. Eo enim discordiae, rapinae, contentiones ciuiles, aliaque, quae Interregni tempore oriri solent, mala euitantur, hostes exteri, ne illa occasione bellis imperium impetant, impediuntur, totaq; respublica salua incolumisque seruatur. Gaudet hac aetate tam salutari constitutione Imperium nostrum Romano Germanicum, quippe quod damno suo tempore pestiferi illius magni Interregni erat expertum quantum obesset si regnum Principe, qui illi praeesset, destitueretur. Lege enim illa Imperii perpetua (1.) Vicaria Rempublicam Germanicam gubernandi potestas ad Palatinum et Saxonem Electores perpetuo demum iure est delata. Nam, antea iam Vicarios (2.) suos

(1.) A. B. c. V. per tot.

(2.) vo-

(2.) suos Germaniam habuisse, licet negari haud queat, (3.) de eo tamen, an certis familiis hae dignitates illo tempore adhaeserint, adhuc, nec immerito, dubitatur. Hoc interim certum est celebratissimam illam Germanorum in Saxones et Francos diuisionem (4.) dupliciaque in Germania iura ansam duobus nostra in Republica Vicariatibus praebuisse.

§. II.

(2.) vocantur hi etiam Interreges, item Locum tenentes, *Statthalter*, *Ampts-Verwalter*, et in ipsa *A. B. d. l.* §. 1. Prouisores Imperii, *die Verweser und Pfleger des Reiches*, in versione vero Moguntina *Vormünder des Reiches*, ab aliis aliter. vid. MVLTZIVS *in Repraesentat. Maiestat. Imperat. P. III. c.* 16. §. 3. *p.* 1062. TOLNERVS *in Hist. Palatina c. IV. p.* 124. GOLDASTVS *Tom. I. Constitt. Imper. p.* 126. vbi ipsa *Aureae Bullae* versio germanica exhibetur. SCHILTERVS *de Lib. Eccl. Germ. l. V. c.* 7. §. 8. *p.* 695. SCHVBARTVS *de Comit. Palat. Caesar. p.* 189. 190.

(3.) Sic Otto I. Italiam an. 961. petens, Brunonem fratrem, Archiepiscopum Coloniensem, in Germania Vicarium reliquit, vid. ADAMVS BREMENSIS *in Hist. Eccl. L. II. c. 4. ap.* LINDENBROGIVM, qui sine dubio primus Imperii nostri Vicarius nominandus. add etiam SCHILTERVS *de Inuestitura Principum simultan. c.* 4. §. 5 *p.* 536. et PFEFFINGERVS *ad Vitriarii I. P. L. I. Tit. XI.* §. 4. *p.* 980. *init.* Eodem modo Otto II. an. 982. Ottonem Sueuiae Ducem, antea Italiae Vicarium, in Germaniam, se absente Imperii administationem ibi vt susciperet, misit. add. TOLNERVS *in Hist. Palat. c. IV.* vbi plura exempla congessit. FREHERVS *in not. ad Petrum de Andlo L. II. c. 9. p.* 198. Vt itaque GOLDASTVS *in Rationali Constitut. Imperial. p.* 99. *in not. ad A. B. c.* 5. fallatur, Vicariorum quippe in Germania Originem ad an. 1250. referens, quo nimirum anno Rudolphus Comes Palatinus Rheni primus omnium ab Ordinibus Imperii Vicarius fuisset constitutus.

(4.) vid. FREHERVS *in not. ad Petrum de Andlo L. II. c.* 10. *p.* 199. COCCEIVS *in I. P. c. XVI.* §. 9. *p.* 305. TOLNERVS *in Hist. Palat. c. IV. p.* 111. In eo tamen a scriptoribus hic allegatis merito dissentimus, tum quod statim ab initio (aeuo nempe Carolingico iam) occasionem, hos duos Vicarios in Germaniae regno constituendi, dedisse illam sibi persuadeant, tum quod, Saxonem qua Palatinum Saxoniae esse Vicarium, contendant, vtrumque enim nulla niti veritate ex iis, quae mox sumus allaturi, patebit. De ipsa vero Germaniae in Franciam et Saxoniam diuisione ADAMVS BREMENSIS *L. II. c.* 4. testatur, adde quae *supra* iam in Prooemio hac de re sunt adducta.

(1.) Ve-

### §. II.

Cum autem duplici modo Imperium vacare dicatur, absente nempe et mortuo Imperatore, necesse est etiam vt duorum generum Vicarios in Republ. nostra statuamus. Ad priores quod attinet, quos extraordinarios seu temporales vulgo appellant, a primis Imperii Germanici temporibus, Caesaribus nempe extra Germaniae fines se tenentibus, in eo extitisse tot exempla a scriptoribus prodita testantur, nec quenquam de his dubitare permittunt. (1.) In eorum autem Vicariorum, qui mortuo Caesare fasces Imperii habere dicuntur, in Germania originem si inquirimus, memoriam eorum tempora Interregni egredi non dubitamus solum, sed et prorsus negamus. (2.) Praeterquam enim quod nulla, quae de hoc nos confirmare valerent, adduci possunt exem-

(1.) Varia hanc in rem collegit exempla TOLNERVS *d. l. c. IV.* Interim et hoc certum est, initio et quidem ad Sec. vsque XIII. libero hoc Imperatorum arbitrio, quemnam sibi absentibus constituere volebant, fuisse relictum. Hoc autem demum tempore Duci Saxoniae qua Archi-Mareschallo, Palatino vero ad Rhenum tanquam Palatino hanc Vicariam tempore absentiae Imperatoris potestatem perpetuo iure traditam fuisse atque concessam *ex I. F. Alem. c. XLII. §. 6.* intelligere licet.

(2.) Non quidem nos fugit DN. TOLNERVM *in Hist. Palatin. c. IV. p. 121. seq.* in antiquitate Vicariatus Palatini demonstranda tantopere alloborare, suamque sententiam variis exemplis, ex Historiarum fontibus petitis, firmare anniti: Sed vt silentio praetereamus omnia ab eo adducta exempla de absentia solum Imperatoris testari, et simul nos haec confirmant, non solum ad Palatinum ius hoc pertinuisse, sed Imperatorum ad arbitrium fuisse reuocatum, Vicarium post se relinquere quem modo voluerunt, sicuti et eadem ab eo allata exempla non solum ad Germaniae, sed et exteros Principes munus hoc fuisse delatum probant. Vt itaque nec hoc in casu ius Palatino quaesitum fuisse affirmari queat. Vrget quidem Vir Doctissimus literas reuersales, quas ab iis, si aliis haec potestas vicaria ab Imperatoribus fuisset collata, accepissent, sed cum nullas ibi adductas inueniamus; nemo nobis vitio vertet si de huius asserti veritate adhuc dubitamus. Nec quidquam eum adduxisse iuuat, Palatinos ad Rhenum in locum Maiorum Domus apud Francos successisse, FREHERVM nempe tum *in not. ad* PETRVM DE ANDLO *L. II. c. 10. p. 199. et 204.* tum *in Origg. Pal. P. I. c. 16. p. 131. 32.* secutus, eaque de causa et vicariam simul ad eos fuisse delatam Imperii curam.

exempla, et ipsa fatalia interregni tempora contrarium omnino ostendunt. Quod si enim iis temporibus Germania suos iam habuisset Vicarios, quomodo fieri potuisset vt Germania tantopere fuisset afflicta atque lacerata His rationibus potissimum adducti, hos Vicarios, ad quos post mortem Caesaris Imperii summa defertur, elapso demum interregno et breui post incepisse asserimus, hoc enim Germani, quantum afferat detrimentum Rempubl. sine capite relinqui, suo demum periculo atque incommodo erant experti. Nec de iis tamen temporibus constitutio, de hoc quae nos certiora docere posset, potest adduci, sed quia Palatinus et Saxo potentia inter se aequales, reliquis vero Principibus superiores existebant, hoc ius facili negotio sibi ceteris inprimis Proceribus tacentibus, vindicabant.

§. III.

Ad tempus vero quod attinet quo duo hi Serenissimi Vicarii, Palatinus nempe et Saxo, res Imperii mortuo Imperatore primum obire coeperunt, ignorare nos illud fatemur, licet certum sit, Aurea Bulla vtrorumque Vicariatum esse antiquiorem. Sicuti enim in omnibus rebus sola quae obseruantia nituntur fieri solet, vt saeculis aliquot elapsis initium earum ignoretur, ita cum duobus his Vicariis officiis euenisse videmus. Palatinus enim et Saxo, quippe

V qui

curam. At enim vero quod si etiam Comites Palatinos Rhenenses suam a Maioribus Domus trahere originem concedamus (quod tamen multis adhuc difficultatibus obnoxium esse neminem fugit) diuersam tamen illorum a nostrorum Vicariorum iuribus potestatem quisque facile deprehendit. Illi enim perpetuo et viuo adhuc Rege omnia administrabant, horum vero potestas ad certos solum casus mortis nempe et absentiae est restricta. Illi, vniuersam Franciam cum Prouinciis annexis gubernabant, his sola Germania, non Italia etiam, administranda est relicta, vt alias diuersitatis rationes inter vtrosque intercedentes omittamus. add. DV FRESNE *in Glossario Mediae et Infimae Latinitatis* voce: *Vicarius*. Ceterum, varias ab eo adductas Constitutiones Imperatorum (nempe Ludouici Bauari et Caroli IV.) in quibus longa et approbata consuetudine ius hoc ad Palatinos Rhenenses pertinere dicitur, nostram sententiam plane non euertere, sed potius approbare, tempus, quo sunt promulgatae, indicat satis manifeste.

(1.) vide

qui principem a temporibus Interregni, Hohenstauffiorum Austriacorumque familiis extinctis, inter omnes Imperii Principes locum obtinebant, potentia ceterum sibi inuicem aequales, vbi demum totius Imperii curam absente Imperatore perpetuo iure in se collatam esse intelligebant, (1.) nunc etiam mortuo eo eiusdem administrationem sibi asserere sensim incipiebant. Et cum eueniret, vt ceteri Principes assentirentur, aut minimum se non opponerent (2.) illis, hoc ius non solum sibi retinebant, sed et ad Caroli IV. Imperatoris tempora, quibus lege illa Imperii perpetua, Aurea Bulla, in officiis his confirmabantur, (3.) in eo se conseruabant. Appa-
ret

(1.) vid. *not. 1. ad §. 2. h. Sect.*

(2.) Summa enim potestate praeditos duos hos Principes, nec minori in auctoritate constitutos intelligebant, vtraque tamen Saxo non qua Palatinus Saxoniae, sed qua Dux ea in prouincia, vi cuius dignitatis et locum obtinebat inter Archi-Officiales, gaudebat.

(3.) Quod et in omnibus Capitulationibus factum inuenimus. Nullum itaque est dubium vtriusque Vicariatus originem vltra aetatem ascendere Aureae Bullae. vid. COCCEIVS *in Oratione de Lege Salica p. 40. seq.* nobis qui assentitur. Testantur hoc insuper etiam literae, quas Vicarii tempore Interregni ad Ordines dare solent, dicitur enim in iis: *Vermöge der güldnen Bull, uhralten Herkommens etc.* licet vltimum melius priori loco ponatur. Vt nihil itaque noui Aurea Bulla iis concessum, sed antiqua iura solum confirmata videamus, eoque simul effectum, vt in posterum ab aliis tuti esse possent, qui forte hoc de iure, non dum lege roborato, controuersiam mouere illis potuissent. Non possumus itaque adstipulari BVXTORFFIO *in Not. ad A. B. concl. 56. lit. B. p.* 310. II. *in Repraesentatione Reip. Germ.* edita. *Norinb. an.* 1657. 4. LIMNAEO *in* I. P. *L. III. c. 12. n.* 33. 34. *et in Obs. ad A. B. c. V. §. 2. Obs.* 3. *p.* 350. ARVMAEO *ad eandem c. in Discursu III. th.* 25. *p.* 143. STRAVCHIO *in* I. P. *L. I. T. XI.* §. 6. RHETIO *in* I. P. *L. I. Tit. V. §. 6.* EYBENIO *in Diss. de Iure Pacis* §. 2. *not. B. p.* 729. KNICHENIO *in Opere Polit. L. II. P. III. Sect. 2. c. 1. §.* 14. p. 254 *seq.* aliisque, Vicariatum Saxonicum Aurea Bulla non esse antiquiorem asserentibus, vnicus enim qui in *I. F. Alem. c.* 42. §. 6. reperitur locus omnium horum sententiam refellit. vid. omnino SCHILTERVS *in Comment. ad I. F. Alem. c. l. pag.* 259. *seq.*

(4.) In

ret itaque ex modo allatis, eiusdem esse vtrumque Vicariatum dignitatis (4.) aeque ac antiquitatis. (5.)

## §. IV.

Certum licet sit expeditumque defuncto Imperatore summam rerum administrationem in Imperio Germanico ad Palatinum et Saxonem Aureae Bullae ex dispositione redire: Statim tamen ab eius promulgatione in controuersiam venire coepit, num et absentiae casus in ea contineatur. Varie hinc inter eruditos fuit disceptatum, aliis de vtroque, Palatino nempe et Saxone, affirmantibus hoc, aliis iterum sententiam tuentibus aduersam, aliis denique, solum ad Palatinum (1.) ius hoc pertinere quo nobis persuadeant, intentis. Ad nos quod attinet, priorem amplectimur



sen-

(4.) In dubium hoc vocat COCCEIVS *in Orat. de Lege Salica p. 41.* Saxonem Vicarium plane non eodem ordine cum Vicario generali Imperii (qualem solum esse Palatinum putat) esse, neque cum hoc in eodem dignitatis genere concurrere, contendens. Idem non obscure *Iuris Prudent. c. 16. §. 9.* repetens. Sed responderunt ad hoc iam WERNERVS, GRIEBNERVS, aliique.

(5.) Laudandus est hac in re TOLNERI *in Hist. Palat. c. IV. p.* 118. et FREHERI *in Not. ad* PETRVM DE ANDLO. *L. II. c. 10. n. 198. seq.* et *in Origg. Palat. L. I. c. 16. p. 131. seq.* ingenuus candor, qui licet Palatini sint scriptores, eiusdem tamen esse Vicariatum Saxonicum cum Palatino antiquitatis, et vtrumque vltra tempora Aureae Bullae repetendum, profiteantur. add. SCHILTERVS *in Comment. ad I. F. Alem. c. 42. §. 25. p. 260.* it. *in Tr. de Inuestit. Principum simultan. c. 4. §. 5. p. 536.* et *in Diss. de Vicariis §. 9.* BVRGOLDENSIS *ad Instrumentum Pacis. Discurs. 19. P. I. pag. 483.* BECHMANNVS *in Exercitat. Exoter. Exercit. 5. n. 125. p. 244.* VITRIARIVS *in I. P. L. I. Tit. 11. §. 4. A. des Europ. Herolds P. I. p. 161.* PFEFFINGERVS *ad l. c.* VITRIARII *p. 980.* qui, vbi in antiquitate Saxonici Vicariatus indaganda occupatus est, tribus quidem quaestionibus rem omnem decidere studet; sed in eo tamen minus recte nobis sentire videtur, quod Palatinatum eundem esse cum Vicariatu sibi persuadeat, ideoque hunc cum illo confundat.

(1.) Quod et LIMNAEVS *in I. P. in Addit. ad L. III. c. XII. §. 42. p. 365.* contendit, hac potissimum ex ratione adductus, quod, ante A. B. Palatinum hoc ius iam habuisse, non aeque Saxonem, sibi persuadeat. Hinc etiam, silentium Aureae Bullae non Palatino sed Saxoni, cuius Vicariatus ab ea suam demum originem traheret,

nocere

sententiam, tum aliis, tum his potissimum ex rationibus adducti, quod non solum ius hoc, antea iam testante id *Iure F. Alem.* Serenissimis duobus hisce Principibus competens, per *A. B.* non fuit ademtum: sed et quod Imperatores, dum post *A. B.* confectam alios extra ordinem, iter in longe dissitas terras suscipientes, constituerunt Vicarios, literas semper, quas vocant reuersales, vtrisque concesserunt. (2.) Vt itaque nulla illis haberi possit fides, qui vel vtrosque hac Vicaria absente Imperatore potestate priuare, vel soli Palatino eam vindicare tantopere allaborant.

## §. V.

Vicaria Serenissimorum Saxoniae Electorum in Imperio, vacante hoc, potestas vtrum vi Palatinatus Saxoniae, an Archi-Mare-

nocere existimat. Posset quidem huic sententiae fides haberi, nisi tam grauiter *Iuris Feud. Alem. d. l.* verba, quae contrarium prorsus testantur, obstarent.

(2.) Sic Maximilianus I. an. 1507. Saxoniae Electori, Friderico III. Sapienti, eiusmodi tabulas dedit, quas vide apud *Virum Celeberrimum* IOH. IOACHIMVM MÜLLERVM, *in des H. R. Reichs Teutscher Nation Reichs-Tags Staat. L. V. c. 2. p. 717. seq.* et LVNIGIVM *im Teutschen Reichs-Archiv P. Spec. II. n 14. p. 29.* Idem fecit Carolus V. an. 1521. vide GOLDASTVM *Tom. I. der Reichs-Satzungen p 241. 42. 43.* et LVNIGIVM *d. l. n. 18. p. 31.* add. SCHILTERVS *in I. P. Tom. I. L. I. Tit. XIIX. §. 6. p. 190. seq.* et *in Diss. de Vicariis §. 9.* Ceterum, pluribus hanc materiam de Vicaria Saxonis absente Caesare potestate attingere, nullius plane nobis videtur esse necessitatis, maxime cum nos haud fugiat, prolixe hanc iam satis a Dn. KREGELIO *in Diss. de Vicariatu Electoris Saxoniae in casu absentiae* fuisse excussam, et Serenissimi Saxoniae Electoris iura magna cum diligentia ibi vindicata. Interim tamen Scriptoribus ab eo allegatis addi adhuc possunt EYBENIVS *in Diss. de Iure Pacis §. 2. not. B. pag. 730.* ad LIMNAEI factas hac in re obiectiones respondens. *Vir Celeberrimus* IOH. IOACHIMVS MÜLLERVS *d. l. L. V. c. 3. p. 720. seq.* MAVRITIVS *in not ad Capitulat. Leopoldi, in primis ad art. 36. p. 870. in Opusculis eius.* SCHILTERVS *in Comment. ad I. F. Alem. c. 42. §. 24. 25. pag. 259. 60.* KNICHENIVS *in Opere Politico L. II. P. III. Sect. 2 c. 1. §. 14. p. 260.* GIOVANI *in Germ Princ. in Hist. Sax. c. 4. §. 3. p. 164. seq.* qui omnes, pertinere hoc ius ad Saxonem aeque ac Palatinum testantur atque probant, solo KNICHENIO excepto, qui ad Palatinum tantum id pertinere, perperam tamen, contendit.

(1.) His

Mareſchallatus competat, quo paulo nunc accuratius ceteris reli-ctis inueſtigemus, non absque vtilitate fore iudicamus. Communis fere hactenus omnes eruditos (1.) tenuit opinio, coniunctum eſſe Vicariatum Saxonicum cum Palatini Saxoniae dignitate, et huius intuitu ad Serenisſimos hos Principes illum perueniſſe, licet rationibus nitantur nec ſufficientibus, nec ita firmis. Videamus interim ea quae in contrariam ſententiam abeuntes adducunt argumenta, quodque eorum pondus ſit conſideremus, quo tandem veritas noſtrae opinionis eo melius pateſcat, illi vero ſimul intelligant, non de ſuis inuentis tantopere gloriari, et triumphum quaſi ante victoriam canere ipſis neceſſe fuiſſe. Primum ad argumentum, quo potisſimum nituntur, quod attinet, ex Henrici Raſponis hiſtoria hoc eſt deſumtum. Viderunt quippe Henricum hunc, Thuringiae Landgrauium, non titulo ſolum Procuratoris Imperii ſuis in tabulis fuiſſe vſum; (2.) ſed et eundem a Friderico II. Imperatore huic tribui; (3.) cum autem compertum



(1.) His, hanc ſententiam qui tuentur, in primis annumeramus FREHERVM *in Origg. Palat. P. I. c. 16. p. 131. ſeq.* et in *Not. ad* PETRVM DE ANDLO *L. II. c. 10. p. 199.* SCHVRTZFLEISCHIVM *in Not. ad Vit. Alberti III. p. 113.* it. *de VVittekindo M. p. 31. n. 6.* it. *de Vitricis Eccleſiae §. 10. p. 24.* et *de antiqua Saxonum Dignit. §. 9. p. 15.* SCHILTERVM *in I. P. Tom. I. L. I. Tit. XIIX. §. 1. p. 185.* it. *in Commentar. ad c. XLII. I. F. Alem. §. 16. p. 251.* et *in Diſſ. de Vicariis Imperii §. 20. p. 29.* ſecus ſentiens in *Tr. de Inueſtitura Principum Simult. c. IV. §. 5. p. 536.* et Ducatui Saxoniae Vicariatum adhaerere, contendens. SCHVBARTVM *de Comit. Palat. Caeſar. p. 191.* MONZAMBANO *de Stat. Imper. Germ. c. IV. p. 207. §. 8.* TOLNERVM *in Hiſt. Palat. c. IV. p. 111.* PAVLLINVM *in Antiquit. Iſenac. §. 50. p. 43.* LIMNAEVM *in I. P. L. III. c. XII. §. 16. p. 165.* COCCEIVM *in I. P. Prudentia c. XVI. §. 2. p. 299. ſeqq.* aliosque.

(2.) vide SCHILTERVM *de Lib. Eccl. Germ. L. V. c. IIX. §. 8. p. 695. ſeq.* ex Diplomatibus eius hoc probans. adde TENTZELIVM *in ſupplemento II. ad Hiſt. Gothan. p. 587.*

(3.) Teſtatur hoc Diploma Friderici II. anno 1242. Beneuenti datum, in quo Henrico Illuſtri Misniae Marchioni de ſucceſsione in Thuringiam Saxoniaeque Palatinatum poſt mortem Henrici Raſponis obtinenda ſit promisſio, ap. Dn. VVECKIVM *in Chron. Dresdenſi p. 153. ſeq.*

(4.) vid.

hi Imperii administrationem illis relinquere coacti fuissent, maxime cum exempla, quae de Vicariis Germaniae in historiis prostant, aliud plane nobis declarent. Ad diuisionem vero illam Germaniae, quam allegant, quod attinet, quin duplici huic Vicariatui ansam praebuerit haud negamus, sed quod ideo Palatinatui, non Archi-officio potius, dignitas Vicariatus adhaereat, nulla firma ex ratione, imo ne quidem speciem quandam habente, ostendi potest. Iurium autem duplicium in Germania obseruantia, quam duobus his Palatinis tantam potestatem tribuisse volunt, coniecturae quidem, non argumento cui opponi nihil posset locum dat, potius ex illa docemur quae causa subsit, duos solum Imperio vacante Vicarios in Germania reperiri, quod et ex *A. Bulla*, dum Carolus IV. in vtriusque Vicariatus finibus declarandis occupatur, haud obscure patet. Tum ipsa *Aureae Bullae* verba: *Eodem prouisionis iure frui volumus*, vrgent, ex quibus, hanc potestatem vicariam ad Serenissimum Saxoniae Electorem, qua Palatini officio fruitur, pertinere, ostendi posse sibi persuadent, dum, quod eodem modo quo ad Palatinum Imperii Germanici cura ad Saxonem sit delata, ibi dicatur. Sed quis, textum hunc probe perpendens, non intelligit, eum, non cuius officii intuitu, sed quibus iuribus quaque potestate Saxonem Vicariatu frui debere, in eaque solum Palatino esse aequiparandum, definire. Denique opponunt, cum de constituendis his Vicariis in A. B. agatur, non minus Palatini atque Saxonici Archiofficii ibi fieri mentionem, non tamen ob id Vicariatum huic competere. Vtrumque facile ipsis largimur, differentia tamen eo, quae inter vtrumque intercedit, non tollitur, nec nostrae sententiae detrahitur quidquam. De Palatino enim Vicariatu dum sermo ibi est, non Archiofficii solum, vti tamen, de Saxonico firmando Carolus IV. dum occupatur, [illegible] fieri

[illegible]

Leone ex prouinciali regni Palatinatum factum fuisse contendunt, causam enim huius rei quam allegant quod attinet, nullum assertioni eorum hanc afferre momentum legentibus tradita ab iis statim patescit.

(6.) Cap.

fieri videmus, ſed et Comitatus Palatini Rhenenſis mentio iniicitur, et ne cui forte vllum dubium oriri poſſet, Palatinatui vtrum an Archi-officio hoc adhaereat; ſtatim adiicitur: *ratione principatus ſeu Comitatus Palatini prouiſorem Imperii eſſe debere Palatinum.* Oſtendant vero nobis in contrariam ſententiam diſcedentes, idem de Saxonico Vicariatu ibi conſtitutum legi, potius ſolum Archi-officium nominatur, ex quo iterum apparet, cum hoc non Palatinatu Saxoniae illum coniungi. Verbis autem hic quo inhaereamus ſummae eſt neceſſitatis, cum legem eſſe Imperii publicam et perpetuam A. B. ſciamus. Tandem et hoc addunt, Palatinum Rhenenſem iis in partibus, quae Iuris Saxonici eſſe dicuntur, vicarium ſuam poteſtatem nunquam exercuiſſe, ex quo appareret, Palatinum Saxoniae ibi hac fuiſſe gauiſum. Priorem aſſertionem iterum in dubium non vocamus, alteram vero, et quae Palatinum Saxoniae Vicariatum habuiſſe daclarat, valde debilem, et ſolis coniecturis ſuperſtructam exiſtimamus, maxime cum Ducem ſeu Mareſchallum, Palatino Saxoniae longe potentiorem, tantaque in auctoritate eo tempore, quo duo Vicarii ex obſeruantia eſſe coeperunt, conſtitutum, in Saxonia reperiamus, vt itaque, coniecturis indulgere ſi velimus, meliori ex fundamento ad Archi-Mareſchallum, quam Palatinum ius hoc pertinuiſſe dici queat. Quae cum ita ſint quis vitio nobis vertet, ſi, Archi-Mareſchallatui potius quam Palatinatui Vicariatum Saxonicum eſſe tribuendum, aſſeramus, maxime cum tot tamque grauibus ex rationibus ad id commoueamur. Conſtat enim, praeter memoratum Henrici Raſponis exemplum nullum plane, ex quo, Palatinos Saxoniae vicariam habuiſſe in Germania poteſtatem, doceri poſſet, ſiue ea tempora quae Fridericum I. Imperatorem anteceſſerunt, ſiue eum quae ſunt ſecuta (ex quibus vltimis tamen inprimis aduerſarii Saxonicum Vicariatum vna cum Palatino eſſe deducendum putant) in ipſis Hiſtoriarum fontibus reperiri. Deinde Ius Feudale Alemannicum (6.) noſtram

(6.) *Cap. XLII.* §. 6. vbi: *Und ſo der Künig von tütſchen Landen vert, ſo mag er des Riches Marſchalgk wol den Gewalt geben daß er den Ban libet und das iſt der Hertzo-*

g

ſtram firmat ſententiam ad Archi-Mareſchallum, non Palatinum (cuius ne mentionem quidem ibi iniici videmus) Imperii Germanici prouiſionem pertinere. Diſponit quidem idem Ius de Vicariatu Palatino, ſed non ad Archi-officium, ſed Palatinam dignitatem eundem refert, eoque ſimul differentiam inter vtrumque quae intercedit, ſatis declarat. (7.) Imo ſi tantam dignitatem officium Palatinum haberet annexam, vix credi poteſt, Sereniſſimos Saxoniae Electores axioma illius, cum tamen minoris momenti adhuc adhibeant, vſurpare intermiſſuros fuiſſe, quod tamen a Friderici Bellicoſi aeuo factum fuiſſe conſtat. (8.) Accedit, quod nunquam Sereniſſimi Saxoniae Electores ſi contigit, vt vicariam in Germania ſuſceperint curam, in Literis ſuis titulum Palatini Saxoniae cum ceteris coniunxerint, quod tamen fieri non neceſſitatis ſolum ſummae ſed prudentiae omnino fuiſſet, quo omnibus, quo iure quoque ex fundamento haec ad ſe poteſtas pertineret, declaraſſent. Potius Literae tempore Vicariatus a Friderico III. Saxoniae Electore an. 1495. emiſſae (9.) contrarium nos docent, in his enim ipſum



hunc

*ge von Sachſzen, das ſol er tun in Duringen Sachſzen und in Heſſen untze gan Behem und uber alle Frangken wer der iſt der ſin Underton iſt git Ime der Kunig den Gewalt den Ban zu lihende ſo hett der Marſchalgk recht über alle Swoben untz an den Ryn und durch das Gebirge untze fur tryende eine Mile.* add. *Excellentiſſ. Dn.* PRAESES *in Syntagm. I. P. Diſſ. XIII.* §. 19. *p.* 275.

(7.) Reponunt quidem ad haec, contraria quibus magis arridet ſententia, mentionem hic non fieri Comitis Palatini incuriae compilatoris huius iuris eſſe adſcribendum; ſed quomodo fieri potuit, vt auctor eius Ducibus Saxoniae qua Palatinis hanc tribueret poteſtatem, cum certum ſit Palatinatum Saxoniae a Rudolpho I. Imperatore Ducatui Saxoniae fuiſſe adiectum, ſpeculatorem vero Sueuicum Ottonis IV. iam aeuo opus hoc confeciſſe. vid. SCHILTERVS *in Praefat. ad L. F. Alem.* §. *XV.*

(8.) vid. *ſupra ſect. I.* §. *XXI. p.* 84.

(9.) Quas exhibet Vir Celeberrimus Dn. MÜLLERVS *in Reichs-Tages Staat. L. V. c.* 3. §. 6. *p.* 725. LVNIGIVS *in Teutſchen Reichs-Archiv. Part. ſpec. II. p.* 20. Haec autem ibi leguntur: *VVann uns dan, nach alten löblichen Herkommen und von wegen unſere Erb-Amts von unſern Vorfahren und Eltern auf uns bracht, Königl. Maieſt. und des H. R. Reichs Vicari in Teutſchen Landen und Provincen in ſolch Vicariat gehörende, zu ſein gepüret, etc.*

(10.) Erant

hunc Sereniſſimum Electorem, non Palatinatui, ſed Archi Mareſchallatui inhaerere habemus aſſentientem. Id quod vero maximum eſt temporum eorum conditioni plane aduerſabatur, Palatinum, non ita magna potentia praeditum tanto tamque inſigni muneri praeponi, cum tamen tot potentiſſimi in primis vero Saxoniae (10.) Duces adeſſent, qui ſine vllo dubio ad illud obtinendum tantopere allaborabant. Firmis igitur noſtra ſententia nititur rationibus, eamque tam diu tuendam ſuſcipimus donec aliud a diſſentientibus docemur.

## §. VI.

In Vicariorum Imperii Germanici poteſtate demonſtranda, Iuris Publici Doctores dum occupantur, non ſolum non omnibus eadem de hac mens eſt, aliis nempe ſummam, aliis exiguam plane illam iudicantibus, ſed nec ex eodem fundamento eam deducunt. Qui enim vel ex Legibus Romanis, (1.) vel Aureae Bullae verbis ſolum (2.) eam eſſe aeſtimandam contendunt, anguſtis limitibus quo eam circumſcribant neceſſe habent. Propius quidem ad veritatem accedunt, ex vſu et obſeruantia hunc eſſe deducendum qui aiunt: (3.) meliori tamen, et recta ſane via incedunt, qui, in definienda Vicariorum poteſtate ſoliciti, omnia vice Imperatoris ipſis adminiſtranda eſſe relicta, quibus *Aurea Bulla* eos non

(10.) Erant enim primarii Germaniae Principes, praecipuam ſemper rerum Imperii habebant curam, ſumma regni iura tuebantur et nobiliſſima officia expediebant. In tanta itaque tamque ſumma dignitate Saxoniae Duces conſtitutos cum videamus, nullum remanet dubium quin et vicariam in imperio Germanico poteſtatem, tanti quae eſt momenti, ſibi vindicauerint.

(1.) quo in errore tum LIMNAEVS in primis *in I. P. L. III. c. 12. n. 82. p. 391.* it. *in Tom. IV. Addit. ad d. l. p. 367. ſeqq.* et HERMES *in Faſcic. I. P. c. XXV. quaeſt. 23. p. 319.* verſantur.

(2.) Quae ſententia eſt BECHMANNI *in Exotericis Exercitat. Ex. V. n. 305. p. 265. ſeqq.* et LIMNAEI *d. l.* it. *in Additt. ad Capitul. Caroli V. p. 143.*

(3.) Minus tamen recte itidem hi ſentire videntur Dn. WERNHERO *in Diſſ. altera de Vicariatu §. 26.* dum eosdem ibi refutat.

(4.) He-

non prohibuiſſet, affirmant, (4.) maxime cum notum ſit omnibus, memoriam eorum *Aurea Bulla* eſſe antiquiorem, et parem omni tempore ipſis cum Imperatoribus fuiſſe poteſtatem. (5.) Ad ſingula vero horum iura, quibus fruuntur, quod attinet, nemo nobis vitio vertat eorum in expoſitione ſi non haeremus, haud immerito enim veremur ne inanem quandam operam ſuſcipiamus, dum ea, quae a THVLEMARIO, NERGERO, SCHILTERO, VVERNHERO, GRIEBNERO, PFEFFINGERO, aliisque Celeberrimis Viris tradita iam ſunt, et quorum egregiam operam, quam in iis aſſerendis collocarunt, omnes admirantur, laudibusque publice celebrant, repetere adhuc ſemel vellemus. Ne tamen nimis breues aliis, peruerſa forte de nobis iudicantibus, hac in re videamur, paucis tantum ea attingere conſtitutum habemus. Numerantur autem inter ea Cura iudicorum, ius praeſentandi ad beneficia Eccleſiaſtica, Ius Primariarum Precum, (6.) Ius reditus Imperii colligendi, (quod et feudorum vacantium adminiſtrationem comprehendit) de feudis minoribus, eccleſiaſticis, nec minus vacantibus inueſtiendi, poteſtas Leges cum aliis Statibus condendi, abrogandi easque interpretandi, Comitia indicendi, (7.) Ius belli et Pacis, (8.) Ius monetam imperialem cudendi, Banni decernendi, deque veſti-

X 2

(4.) Horum praecipui ſunt ARVMAEVS *de Comitiis c. III. n. 53. p. 98.* THVLEMARIVS *de Octouiratu c. XXII. §. 19. p. 386.* KVLPISIVS *in Diſſ. de Imperatore, Rege Romanorum et Vicariis Imperii Germ. §. 18. p. 255. in Volum. Diſſ. eius Academ.* MAVRITIVS *in Not. ad Capitulat. Leopoldi artic. 36. p. 871. in Opuſculis eius.* SCHILTERVS *in Diſſ. de Vicariis §. XV.* SCHVTZIVS *in I. P. Vol. 1. Diſſ. V. §. 12.* EYBENIVS *in Diſſ. de I. B. §. 2. nota E. p. 694. ſeqq. in Operibus eius.* qui duo vltimi LIMNAEI hac in re contrariam ſententiam refutant.

(5.) Nulla enim lex ante *Auream Bullam*, in qua quidquam eorum poteſtati fuiſſet detractum, oſtendi poteſt.

(6.) Quod ius peculiari Diſſ. *de Precibus Primariis Vicariorum Imperii* demonſtrauit MICHAEL HENRICVS GRIEBNERVS *Vittenbergae an.* 1708. add. *Excellentiſſ. Dn.* PRAESES *in S. I. P. Diſſ. X. §. 31. ſeqq. p. 209. ſeqq.* et *in Diſſ. XIII. §. 19. p. 281.*

(7.) vid. omnino ARVMAEVS *de Comitiis c. III. n. 52 p. 98. ſeqq.*

(8.) vid. omnino EYBENIVS *in Diſſ. de I. Belli §. 2. not. E. p. 697.* et *de I. Pacis §. 2. lit. B. p. 729.*

(9.) Vſus

vectigalibus cognoscendi. Nec potestatem eorum excedit, quo minus priuilegia, literas moratorias, nundinas solennes, veniam aetatis, et protectoria concedere, ciuitatem dare, Academias confirmare, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Comites Palatinos Caesareos, (9.) Poetas Laureatos et Notarios creare, spuriosque legitimare possint. Imo, cum nomine Imperatoris summae rerum in Germania praesint, dubium non est quin et ea, quae alias Reseruatis Caesareis accensentur, peragere queant.

§. VII.

Multos hactenus eruditorum habuit solicitos, admodumque dubios reddidit eos quaestio illa, a nonnullis proposita, vtrum haec enarrata iura a duobus his Serenissimis Vicariis simul atque coniunctim, an diuisim potius et ab vnoquoque separatim exerceri queant. At enim vero, frustra dubios in ea decidenda illas extitisse, vnicuique facile intelligere licet. Quamuis enim inficias iri haud queat, Comitiorum Iudiciorumque curam vtrosque ita attingere, vt in his duobus instituendis dirigendisque concurrere eos necesse sit: ceterorum tamen ea est natura atque conditio, vt ab vnoquoque eorum pro lubitu in exercitium deduci queant. Nec haec assertio nostra solis nititur coniecturis, sed tum ipsis exemplis, (1.) quae de his omnibus satis testantur, tum ipsius *Aureae Bullae* auctoritate, certos vnicuique Vicariatui fines (2.) constituentis, roboratur.

§. VIII.

(9.) Vsus est hoc iure nouissime Potentissimus Poloniarum Rex et Serenissimus Saxoniae Elector, Fridericus Augustus, cum Vicaria potestas ad eum deferreretur, et Academiae Lipsiensi talem Comitiuam concessit. vid. *Electa I. P. Tom. IV. fascic.* 4.

(1.) vide scriptores §. *praeced. cit.*

(2.) De his ita loquitur *Ius F. Alem. c. XLII. §. 6: Und das ist der Hertzog von Sachßzen das sol er tun in Duringen Sachßzen und in Heßen untze gan Behem und über alle Frangken wer der ist der sin underton ist git Ime der Kunig den Gewalt den Ban zu libende, so hett der Marschalgk recht uber alle Swaben untz an den Ryn und durch den Gebirge untze für Tryende eine Mile. Der Pfaltz-Grave zu Rine der hett Gewalt den*

## §. VIII.

Non absimilis Vicariae potestati, sed eadem fere cum ea erat, qua Imperator Maximilianus I. anno 1507. in Comitiis Constantiae habitis Fridericum III. Saxoniae Electorem ornabat. (1.) Cum in eo enim occuparetur Maximilianus I. vt expeditionem Romanam susciperet; Rectoris Imperii munus Friderico III. committebat, et *Tenentis locum Imperii* titulum ipsi tribuebat. (2.) Tanti enim hunc Fridericum Maximilianus faciebat, vt eius consilio tanquam patris vteretur, eundemque Principem consiliorum haberet, optа-



*den Ban zu libende yene site Rins untze für Mentze eine Mille untze an den Se und in Flodern.* Aliter de iis disponit *A. B. c. V.* vbi: *Illustris Comes Palatinus Reni Sacri Imperii Archi-dapifer ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Reni et Sueuie et in Iure Franconico*, etc. et dein §. 2. *Et eodem iure Prouisionis Illustrem Ducem Saxonie Sacri Imperii Archi-Mareschallum frui volumus in hys locis vbi Saxonica iura seruantur* etc. conf. de iisdem ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 12. p. 450.* THVLEMARIVS *d. l. c. XXII. §. 3. seqq. pag.* 374. SCHILTERVS *in Comment. ad I. F. Alem. p. 259. 60.* et *in I. P. Tom. I. p. 104.* et *in Diss. de Vicariis §. 7.* TOLNERVS *in Hist. Palatina c. IV. p. 111.*

(1.) vid. *Vir Celeberrimus* IO. IOACHIMVS MÜLLERVS *in Reichs-Tages Staat L. V. c. 1. p. 711. seqq.* vbi et literae, in quibus Friderico dignitas haec *die Reichs-Statthalterschafft*, fuit concessa, aliaque acta publica, huc quae spectant, reperiuntur. Easdem tabulas concessionis ex eo repetit LVNIGIVS *in Teutschen Reichs-Archiv. P. spec. II. n. XIII. p. 28.* add. ALBINVS *in Chron. Misn. p. 466.*

(2.) Ante vero quam titulum hunc vsurparet, *supremi Consiliarii* dignitatem habebat, et titulo: *Käyserl. Maiest. Obersten Raths etc.* vtebatur, quod ex tabulis probare studet SCHVRTZFLEISCHIVS *in Diss. de Friderico III. §. 5. p. 6.* De titulo vero *Locumtenentis Imperii* tum ipsa Diplomata, de quibus itidem SCHVRTZFLEISCHIVS d. l. et Dn. MÜLLERVS *d. l. c. 9. §. 1. et 2. p. 755.* (vbi et diuersas eius in Diplomatibus adducit appellationes) mentionem faciunt, tum nummi eius, quos adducit Dn. MÜLLERVS *c. l. c. X. §. 1. p. 756. seqq.* tum quoque *monumentum*, memoriae Ottonum Augustae Vindelicorum in aede Stae Mariae an. 1523. Vto Id. Mai. ab eo consecratum, quod adducit ex CHYTRAEI *deliciis Itinerariis p. 372.* SCHVBARTVS *de Comitibus Palatinis Caesareis p. 191.* testantur. add. SCHVRTZFLEISCHIVS et ALBINVS *dd. ll.* et Dn. SEBASTIANVS MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad an. cit. p. 64.* De protestatione, ab Electore Palatino contra hanc Friderico III. tributam dignitatem interposita, vide omnino Dn. MÜLLERVM *in Reichs-Tags-Staat L. V. c. 3. p. 720. seq.*

(3.) Tri-

optaretque vt familiaritate eius in fingulos dies vti liceret. Quod autem officium ad Fridericum III. delatum paria licet iura nec minora iis, quae mortuo Friderico III. Imperatore (cum Imperii administrationem anno 1493. fufciperet (3.)) obtinebat, ipfi concederet: In eo tamen vtrumque munus a fe inuicem diftinguebatur, quod illud omnem (4.) Friderico, haec communem cum Palatino tribueret poteftatem. Imo, vi illius muneris titulum femel fibi conceffum, ad finem vsque vitae Maximiliani retinebat, (5.) huius vero axioma (Vicarii nempe feu Prouiforis) electo Maximiliano I. vbi demum Imperium vacare defierat, ftatim peribat.

§. IX. Ad

(3.) Tribus vicibus Vicariatum geffit Fridericus Sapiens, Elector. Primum mortuo Friderico III. Imperatore. vid. Dn. SEBASTIANVS MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad an.* 1493. *pag.* 56. Dein 1496. abfente Maximiliano I. in Italia, quod teftantur literae patentes, eo tempore ad Imperii ordines ab eo emiffae, apud Dn. MÜLLERVM *im Reichs-Tags-Staat L. V. c.* 3. §. 6. *p.* 725. 26. et LVNIGIVM *im Teutschen Reichs-Archiu. P. fpec. II. n. IX. pag.* 20. *feq.* Tandem vero anno 1519. poft obitum Maximiliani. vid. Dn. SEBASTIANVS MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad d. an. p.* 71. Literas eius Vicariales, eo tempore publicatas, vide ap. LVNIGIVM *in Teutschen Reichs-Archiu. P. fpec. Continuat. II. n.* 185. *p.* 769. *feqq.* add. Dn. IO. IOACHIMVS MÜLLERVS *im Reichs-Tags-Staat L. V. c.* 3. §. 7. *p.* 726.

(4.) Certi tamen ipfi ex Principibus adiuncti fuere, quorum confilio res Imperii adminiftrare poffet. vid. literae concesfionis ap. MÜLLERVM *im Reichs-Tags-Staat L. V. c.* 1. §. 2. *p.* 712. *add. cl. IV. p.* 727. *feqq.*

(5.) vid. Dn. MÜLLERVS *im Reichs-Tags-Staat. L. V. c.* 9. §. 1. *p.* 754. *et c.* 10. §. 3. *p.* 738. add. SCHVRTZFLEISCHIVS *d. l.* §. 6. quanquam aliter fentiat Dn. SEBASTIANVS MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad an.* 1519. *p.* 71. Ceterum, hoc *Locum tenentis Imperii* munus non cum Vicarii Prouincia comparari poffe tum ex eo apparet, quod certum falarium fingulis annis ipfi a Maximiliano fuit conftitutum: quam hac de re conftitutionem exhibet Dn. MÜLLERVS *d. l. L. V. c.* 1. §. 2. *p.* 716. et LVNIG. *d. l. P. fpec. II. n. XII. p.* 27. *feqq. et n. XVI. p.* 30. tum quod Reuerfales ipfi dedit Maximilianus: *Daß das ihme aufgetragene Statthalter-Ampt feinem Reichs-Vicariat unfchadlich feyn folte.* Dn. MÜLLERVS *d. l. L. V. c.* 2. §. 1. *p.* 717. *feq.* et LVNIG. *d. l. n. XIII. p.* 28. *feq.* Quid denique poft impeditam expeditionem Romanam cum hoc *Directoris Imperii munere*, antea ad Fridericum III. delato, euenerit pluribus docet Dn. MÜLLERVS *d. lib. V. c.* 8. *p.* 751.

(1.) Hic

## §. IX.

Ad cetera Serenisſimorum Saxoniae Electorum iura atque officia, quae nobis adhuc veniunt exponenda, priusquam aggredimur, tituli, quem illi eo tempore quo vicaria poteſtate gaudent adhibere ſolent, (1.) mentio omnino adhuc erit facienda. Tria autem de hoc, notatu inprimis digna nobis quae videntur, occurrunt, quorum primum eſt, illum non primo loco ſed poſt Archi-Mareſchalli axioma demum adhiberi, cum ſumma tamen haec ſit dignitas, et proxime ad Imperatoris Maieſtatem accedat. Alterum, et cuius hic ratio venit habenda, haud immerito exiſtimamus, quod Archi-Mareſchalli axioma titulus ille ſtatim excipiat, ex quo apparet, quam arctisſime vtraeque dignitates inter ſe invicem ſint coniunctae. Vltimum et quod non praetermittendum eſſe iudicamus, eſt, huius axiomatis in omnibus ſcriptis publicis, eo tempore quae in aula Saxonica Electoralis eduntur, fieri mentionem.

(1.) Hic autem eo modo conceptus inuenitur: *VVir N. Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg, auch Engern und VVeſtphalen, des H. R. Reichs Ertz-Marſchall und Churfürſt auch deßelben Reichs in den Landen des Sächſiſchen Rechtens und am Enden in ſolch Vicariat gehörende dieſer Zeit Vicarius, Land-Graf in Thüringen etc.* vid. *Literae Vicariales*, a Georgio I. an. 1612. poſt obitum Rudolphi II. Imperatoris emiſſae, apud LVNIG. *d. l. P. ſpec. P. II. n. XLVII. p.* 142. it Io. Georgii II. de an. 1657. mortuo Ferdinando III. Imperatore apud *eundem d. l. P. ſpec. Contin. II. n. 105. p. 487.* et Friderici Auguſti de an. 1711. *ap. eundem d. l. num. 175. p.* 754. add. *Königs Friderici Auguſti in Pohlen und Churfürſten zu Sachſen Schutz und Schirm-Brief an die SchVVediſche Pommerſche Unterthanen de an.* 1711. apud *eundem d. l. n.* 178. *p.* 758.

SECTIO

# SECTIO QVARTA
DE
# OFFICIO DIRECTORIS IN COMITIIS.

## Σύνοψις.

*§. I. Directorii Saxonici in Comitiis origo ex Archi-Mareschalli officio deducitur. II. Quibus in casibus illud obtineat indicatur. III. Exponit celebriores hoc de iure a diuersis motas controuersias. IV. Iura Saxoniae Electoribus ob id quae competunt, salua ipsis adhuc esse ostendit. V. Origo Directorii in causis Protestantium inuestigatur. VI. Iura vi huius exercenda exponit. VII. Cui absente Electoris Saxonici legato hoc competat disquirit.*

## §. I.

Moguntinum Electorem Directoris in Comitiis Imperii aeque ac in Collegio Electorum munere (1.) fungi, non tam summae eius inter ceteros auctoritati, quam potius quod

(1.) Adpellatur *das Ober-Reichs-Directorium.* vid. DN. LYNCKERVS *de Munere Directorum c. III. p. 12.* Iura, vi huius quae ipsi exercenda competunt, in eo potissimum consistunt, 1 vt Archi-Mareschallo diem et horam vna cum themate de quo deliberandum, schedula ad eum missa indicet, quo, Status per Vice-Mareschallum conuocari, deque his omnibns eos simul certiores reddi, curare possit: vid. *supra Sect. II. §. 12. not. 8. p. 134.* add. ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 77. pag. 392.* 2. vt suffragia in Senatu Electorum colligat. 3. Caesari in Comitiis nomine omnium respondeat. 4. Conclusum in scripturam redigi curet. etc. vid. omnino THVLEMARIVS *de Octauiratu c. X. §. 5. p. 128. et §. 8. p. 129. seq.* DN. HORNIVS *in I. P. c. XXVII. §. 1. et 4. p. 227. et c. XLV. §. 10. p. 448.* PFEFFINGERVS *in Not. ad Vitriarium L. III. Tit. X. §. 13. pag. 135. aliique.*

(1 a.) vid.

quod Archi-Cancellarii per Germaniam dignitate gaudeat, (1a.) tribuendum venit. Cum autem saepius eueniat, vt Moguntinus officio suo praeesse non possit, Serenissimi Saxoniae Electores partes eius suo iure sibi suscipiunt peragendas. Hi enim cum ratione sui Archi-officii plura alia summa et egregia prorsus in Comitiis Imperii (2.) aliisque actibus (3.) solennibus iura possideant, imo in non paucis Directorium attingentibus negotiis vna cum Moguntino concurrant, (4.) mirum sane non est, ceteris Imperii Statibus omissis hoc quoque ius ad eos transiisse. Vt nullum

 itaque

(1a.) vid. *A. der Grundfeste des H. R. Reichs P. II. c. 4. p. 86. seq.*

(2.) vid. *supra sect. II. §. 12. et 13. p. 132. seq.*

(3.) vid. *ibid. §. 10. 11. et 14.*

(4.) Primo enim Status in Comitiis conuocat. vid. *supra sect. II. §. 12.* De quo iure cum seculo XVI. inter Moguntinum et Archi-Mareschallum lis oriretur, haec tandem Transactione, inter Augustum Electorem et Danielem Moguntinum Archi-Praesulem anno 1562. inita, fuit sopita, et ius hoc Archi-Mareschallo relictum, vid. Dn. SEBASTIANVS MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad an. 1562. p. 134. seq.* Ipsas Transactionis tabulas adducunt AHASVERVS FRITSCHIVS *in Additamentis ad* LIMNAEI *I. P. L. IX. c. I. n. 131. p. 314. seq.* LVNIGIVS *im Teutschen Reichs-Archiv, Part. spec. P. I. n. 156. p. 396.* Sed, ante propositionem Ius Electores conuocandi Saxo an habeat, disquirit erudite ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 97 p. 426. seq.* Tum vota etiam in Comitiis vt exponant Ordines prouocat, eaque colligit. vid. *sect. II. §. 12. §. 135.* Quod ius cum dubium a Moguntino ipsi redderetur, anno 1522. iam Elector, Fridericus Sapiens, cum Moguntino de eo quidem transigere incipiebat, sed res euentu destituebatur. vid. SEBASTIANVS MVLLERVS *in Annal. Saxon. ad an. 1522. p. 76.* Eadem consilia anno 1526. licet non meliori ac antea successu fuisse suscepta, notat idem MÜLLERVS *ad d. an. p. 80.* Omnis vero tandem de hac re controuersia anno 1529. inter Albertum Moguntinum et Iohannem Constantem, Saxoniae Electorem, interuentu Ludouici Palatini, Electoris, fuit composita, haecque potestas Saxoni remansit, et hoc quidem modo, vt, praesente Imperatore si Comitia habeantur, Archi-Mareschallus non Moguntinus vota exploret bene tamen absente illo. Quod vltimum vero si contingit, Moguntinus ceterorum Statuum suffragia quidem rogat, Saxo tamen iterum illius in sententiam inquirit. conf. *Transactio de 1529.* LEHMANNVS *in Chron. Spirensi L. VII c. 124. pag. 963. A. der Grundfeste P. II. c. 4. P. 86. seq.* vid. tamen BECHMANNVS *in Exercit. I. P. Ex. XII. §. 27. n. 4. seq.* add. Dn. MÜLLERVS *in Annal. ad d. an. p. 82.* Literas

hac

itaque ſit dubium, quin vera huius dirigendi poteſtatis et ad Saxonem pertinentis origo in Archi-Mareſchallatus dignitate ſit quaerenda. (5.)

§. II.

Cum itaque ſummo iure hae Directorii partes ad Sereniſſimum Saxoniae Electorem, qua Archi-Mareſchallum, quippe qui tam pactis, cum Moguntino ea de cauſa initis, quam diuturnae poſſeſſionis, et antiquiſſimae obſeruantiae iure nititur, pertinere certum ſit; videamus nunc demum etiam quibus in caſibus locum eius adminiſtratio inuenit. Vindicat autem hoc ſibi ius, nec immerito, Sereniſſimus ille Princeps, non mortuo ſolum vel abſente (1.) Moguntino, ſed et ſi Legatus eius durantibus Comitiis e vita diſceſſit, et nondum alius in locum eius eſt ſurrogatus, (2.) vel alius quidem adeſt, nondum tamen fidem ſuam ceteris hic comprobauit, (3.) aut cauſa, in Comitiis expedienda, ad ipſum Moguntinum pertinet, (4.) vel denique ſi munus ſuum is obire detractat. (5.) Eadem vero quae ſubeſt ratio, Archi-Mareſchallum vice Moguntini Directoris ſpartam in Comitiis, in primis vero

hac de re confectas habet ARVMAEVS *d. l. c. VI. n. 77. p. 504. ſeq.* FRITSCHIVS *d. l. ad L. IX. c. I. n. 131. p. 312.* LVNIG. *im Teutſchen Reichs-Archiv. P. ſpec. P. I. n. 155. p. 305. ſeq.* Denique Saxo in Conuentibus particularibus, *VVann ein gemeiner Auſschuß, er ſey groß oder klein, gemachet wird*, alternis vicibus cum Moguntino Ordinum vota explorat atque colligit. vid. dicta *Tranſactio de an.* 1529. *§. VVann aber etc.*

(5.) Licet diſſentiat Dn. COCCEIVS *in I. P. c. XX. §. 20. p. 374.* et, ex Palatinatu Saxoniae eam eſſe deducendam, velit.

(1.) vid. *Transactio cit. de an. 1529. §. VVann wir aber. etc.*

(2.) vid. *Diſcurſus von gegenwärtigen Reichs-Tage zu Regenſpurg p. 108. ap.* SCHILTERVM *Tom. II. I. P.*

(3.) Quod nouiſſime accidit an. 1692. vid. *Diſcurſus cit. p. 109.*

(4.) vid. BECHMANNVS *in Exercit. I. P. Exercit. XII. §. 27. n. 2. p. 506.* KVLPISIVS *in Commentar. ad* MONZAMBANO *P. II. c. 5. §. 36 p. 162.* TITIVS *in Obſ. ad eund. c. V. §. 26. pag. 310.*

(5.) vid. *A. der Grundveſte P. II. c. 4. pag. 86.*

(6.) Quod

ro in Collegio Electorali perfungi, nec impedit, sed potius suadet atque postulat, quo in omnibus solennibus Curiis, (6.) in quibus Moguntini praesentia opus quidem est, haec tamen desideratur, eorum omnium cura, ad Moguntinum alias pertinens, ipsi relinquatur.

§. III.

Sicuti vero plerumque fieri solet vt magnae fortunarum dotes in inuidiam alios rapiant: ita et Serenissimis Saxoniae Electoribus euenisse exempla, de iis quae testantur, neminem dubitare sinunt. Cum enim ceteri Principes, hos tum alia egregia iura, tum et dirigendi in Comitiis potestatem sibi vindicare intelligerent, horum aemulatio atque inuidia eo excitari, incipiebat. Omnium tamen maxime Treuirensis et Coloniensis, Electores, in hoc dirigendi iure Saxoni praeripiendo fuere occupati, nec vllam occasionem, quo illud perficerent, vnquam intermiserunt. Sic an. 1675. e vita discedente Lothario Friderico, Archi-Episcopo Moguntino, Treuirensis Elector hoc adse Directoris munus pertinere contendebat, (1.) sed quod tantopere Saxonis legatus ei resistebat, Principum etiam plerique partes huius sequebantur, non poterat non fieri vt cedere illi hic cogeretur, Saxo vero suo in iure legitime semel quaesito tutus remaneret. Et cum breui post

 anno

(6.) Quod si itaque forte contingat vt eo tempore, quo Imperatoris electio venit suscipienda, vita fungatur Moguntinus, non dubium est quin loco eius Electores Archi-Mareschallus conuocare queat, quod et non obscure ex *cit. Transactione de an. 1562. ap.* FRITSCHIVM *d. l. pag. 315.* colligi potest. Vt perperam itaque ARVMAEVS *d. l. p. 105. c. 3. n. 55. 56.* Vicariis in Imperio hoc ius esse tribuendum affirmet. Nec obstat in A. B. nullam plane hac de re fieri mentionem. Sic etiam in eadem *c. IV. §. 3.* constitutum inuenimus, reliquos Electores, dum in eligendo Imperatore occupantur, suffragiis ab iis latis Electoris Moguntini demum sententiam explorare debere: Nihilo tamen minus longa et inueterata consuetudine introductum est vt, reliquis exclusis, solus Saxo ius hoc exerceat.

(1.) vid. FRITSCHIVS *d. l. ad L. IX. c. 1. n. 131. p. 309. seq.* et PFEFFINGERVS *in Not. ad* VITRIARII *I. P. L. III. Tit. X. ad rubr. p. 126.* vbi et, Capitulum Moguntinum eo tempore hoc Directorium, frustra tamen, affectasse exponit.

(2.) Te-

anno 1678. eueniret, vt vitam cum morte commutaret Damianus Hartardus a Leyen, Moguntinus Elector; Capitulum Moguntinum nec minus Treuirensis et Coloniensis, Electores, Directorium praetendebant, (2.) sed eandem, qua paulo ante fuerant vsi fortuna, nunc demum etiam experiebantur, nihil plane quidquam operae, ad ius hoc Principi suo conseruandum, Legatis Saxonicis intermittentibus. Recrudescere tandem haec coepit controuersia an. 1690. cum Saxonis legatus, eo tempore, quo Hauvvoldus, Moguntini Legatus, a Directoris munere, eo, quod authenticas credentiales suas producere detrectabat, a ceteris Principibus excluderetur, Directorii partes sibi vindicaret, (3.) Treuirensis vero et Coloniensis denuo ipsi se opponerent, licet et hoc tempore frustraneus eorum esset conatus, nec quidquam hac eorum contradictione iuri Saxonis detraheretur.

## §. IV.

Satis nos ea quae sunt adducta docent, summas Directorii in Comitiis partes absente vel impedito Moguntino ad nullum alium quam Serenissimum Saxoniae pertinere Electorem, irritumque plane eorum esse conatum, qui iure hoc Serenissimos hos Principes defraudare allaborant. Quid enim Treuirensem atque Coloniensem, Electores, attulisse iuuabit, proximum se a Moguntino in Senatu Electorum obtinere locum, ideoque ius hoc ad eos transire esse aequitatis, cum notum tamen sit omnibus, non ratione Electoralis dignitatis, sed Archi-officii hoc ad illum munus pertinere. (1.) Non quidem nos fugit eodem cum Moguntino Archi munere eos gaudere, vt ex hac ratione potius in locum Moguntini vt succedant necesse esse videatur: at quis non videt diffe-

(2.) Totam hanc controuersiam KVLPISIVS *in Commentario ad* MONZAMBANO *P. II. c. V. §. 36. p. 164. seq.* cum ipsis Actis publicis huc pertinentibus exhibet.

(3.) Quid eo tempore actum sit pluribus nos docet PFEFFINGERVS *in Not. ad* VITRIARIVM *L. III. Tit. X. §. 15. p. 135. seqq.*

(1.) vid. §. 1. *h. Sect.*

(2.) vid.

differentiam inter vtrorumque Archi-cancellariatus quae intercedit, dum Maguntini Germaniam, horum vero extera solum regna, Galliam nempe et Italiam, concernant, (2.) eaque de causa in rebus, Germaniae regnum attingentibus, nihil ipsorum curae relictum esse appareat. Minorem adhuc merentur assensum, ea, quibus Capitulum Moguntinum hoc Directorii munus mortuo Electore, assere sibi conatur. (3.) Licet enim hoc sede vacante iura realia exercere certum sit, ea tamen quae Episcopi personae cohaerere dicuntur; quorum in numero ius dirigendi in Comitiis habetur, nullo modo ad Capitulum transire inter omnes constat. (4.)

## §. V.

Non vltimum inter summa Serenissimorum Saxoniae Electorum iura obtinet locum, gaudere illos potestate res atque controversias, Euangelicorum religionem concernentes, in Comitiis moderandi. Propria vero haec ipsis fuit dignitas a primis iam Reformationis temporibus, (1.) quibus, tum quod in eorum terris prima sua Euangelicorum doctrina acceperat incrementa, tum etiam quod primi erant qui verae huius religionis principiis imbuebantur, idque vel maximum in summa prae ceteris, qui emendatae religioni erant addicti, auctoritate erant constituti, (2.) hoc diri-



gendi

(2.) vid. DN. HORNIVS *in I. P. c. XLV. §. 10. p. 449.*

(3.) Inprimis ius hoc ab ipso fuit affectatum an. 1675. e vita discedente Lothario Friderico, Praesule Moguntinensi. vid. PFEFFINGERVS *ad* VITRIARIVM *L. III. Tit. X. ad prooem. not. b. p. 126.* et *A. des Discurses von gegenwärtigen Reichs-Tage pag. 107.* ap. SCHILTERVM *in I. P. Tom II.*

(4.) vid. omnino SCHILTERVS *in I. P. T I. L. I. Tit. XIX. §. 5. pag. 214.* add. *A. des Discurses etc. p. 107. d. l.* et DN. COCCEIVS *in I. P. c. XX. §. 10. p. 369. seq.*

(1.) Quod pluribus ostendit *A. des Europaeischen Herolds P. I. p. 255. seq.* vbi primus, hoc Directoris munus qui gessit, Iohannes Constans, cum anno 1532. Sueofurti Protestantes essent congregati, memoratur. add. PFANNERVS *in Historia Comitiorum L. III. §. 64. p. 385.*

(2.) Hanc sententiam tuentur BECHMANNVS *in Exercit. I. P. Exercit. XII. §. 27. n. 8. et 9. p. 507.* LIMNAEVS *in P. L. III. c. 10. §. 33. seq. p. 148.* aliique. Vt itaque nulla

illis

gendi munus ad eos deferebatur. Falluntur enim illi admodum nec vera vti par est profitentur, qui ab ea demum aetate, qua Palatina Domus Reformatorum castra sequebatur, (3.) vel quod aliis videtur, a Proscriptione Friderici V. Electoris Palatini, (4.) hoc ius Saxoniae Electoribus obtigisse contendunt. Testantur nobis potius de summa illorum omni aeuo in negotiis, religionem Augustanae Confessionis attingentibus, expediendis aeque ac dirigendis cura tot tamque insignia prorsus exempla, (5.) cum tamen de Palatinis

illis habenda sit fides, qui Archi-officii ratione, vel ex pacto quodam et conuentione ius hoc ad Serenissimos Saxoniae Electores peruenisse contendunt.

(3.) Qua in opinione versantur ARVMAEVS *in Tr. de Comitiis c. VI. n. 97 p. 420. et n. 98. pag. 424.* LEHMANNVS *de Pace Religiosa L. II. c. 44.* aliique recentiorum. Idem obiiciebant legati Brandenburgici, cum haud ita pridem, ius Directionis inter Euangelicos absente legato Saxonico ad se pertinere, contenderent. vid. *Meditationes ad Instrum. Pacis Caesareo Suec. Mantissa IV. p. 1542.* et *Electa I. P. Tom. I. Fascic. 7. p. 612. seq.* sed quid ad hoc responsum sit a legatis Saxonicis vid. in cit. *Meditat. Mantiss. V. p. 1548. seq.* et *Electis I. P. d. l. p. 621. seq.* Ceterum, nullo niti eorum assertionem fundamento et ex eo apparet, quod Palatinus et ea aetate, qua adhuc inter Euangelicos Principes numerabatur, nunquam fere Saxonis Directorium reprobauit, sed omni tempore potius illud agnouit. vid. *A. des Europ. Herolds P. I. p. 255.*

(4.) vid. *cit. Meditat. ad Instrum. Pacis d. l. pag.* 1542. et 1548. et *Electa I. P. d. l. pag.* 612. et 623.

(5.) inprimis Protestatio contra Decretum Spirense de A. 1529. vid. de hac SLEIDANVS *in Commentario de statu Religionis L. VI. p. 171. et* 186. SECKENDORFFIVS *in Historia Lutheranismi L. 2. sect.* 14. Exhibitio Confessionis Augustanae, A. 1530. facta, de qua SLEIDANVS *l. d. L. VII. p.* 186. *seq.* Foedus et bellum Smalcaldicum, de quibus SLEIDANVS *l. d. l. 12. p. 358. et l. 17. 18. et 19.* HORTLEDERVS *de Caussis Belli Germ. T. II. L. III. et* SECKENDORFFIVS *l. d. l. 3. sect. 17. §. 53.* Transactio Passauiensis. HORTLEDERVS *l. d. T. II. L. V. c. 24.* SLEIDANVS *l. d. L. XXIV. pag. 784.* Pax Religiosa de A. 1555. SLEIDANVS *l. d. L. XXVI.* et SCHILTERVS *in Tr. de hac Pace.* et Conuentus Lipsiae A. 1631. habitus, cuius Historiam integram et satis prolixe exhibet LONDORPIVS *Actorum Publicorum T. IV. L. I. c. 44. p. 130. seq. seq.* add. Dn. MÜLLERVS *in Annalibus Saxon. ad d. an. p.* 339. Haec omnia tum de Serenissimorum Saxoniae Electorum circa religionem Euangelicam cura, tum de directorii in negotiis spiritualibus munere, ad illos pertinente, satis testantur nec illo tempore Serenissimos hos Principes ius hos dimisisse. Et licet a temporibus

nis Electoribus aut nulla plane, aut pauca tamen, quae nos de iure hoc ab illis vſurpato confirmare poſſent, (6.) in actis publicis reperiantur.

§. VI.

Ad ſummam vero Directorii in Euangelicis curam quod attinet, his in primis negotiis abſoluitur illa. Simulatque nempe Memorialia ipſi exhibita, Status Auguſtanae Confeſsioni addictos conuocat, delata ad ſe illis proponit, et per dictaturum priuatam cum iis communicat. Quo facto conſilia cum iis vt conferat, et, quo variis de his deliberationibus inſtitutis ſententias ſuas exponant, eos vt adhortetur neceſſe habet. In eo vero dum occupati ſunt ſuffragia ſua vt ferant, colligit ea, et vbi ea con-

ribus Pactionis Pragenſis ad Pacem vſque Oſnabrugenſem aliud obtinuiſſe videmus: finita tamen hac ſtatim Saxo in iure hoc ſibi vindicando ſolicitus eſt repertus. vid. *Auctor des Europ. Herolds T. I. p. 256.* PFANNERVS *in Hiſtoria Comitiorum L. III.* §. 64. *p.* 385. *et* 390. cauſam ſimul factae huius omisſionis allegantes. Nec hodie, non obſtante Potentisſimum Saxoniae Electorem Regni Polonici ſceptra ſuſcepisſe, hac in re quidquam fuit immutatum, ſed remanſit illa dirigendi poteſtas Saxonicis Legatis eodem atque antea modo, concurrentibus tamen in hoc iure Serenisſimo Principe Saxo-VVeiſenfelſenſis liniae et Collegio Status Electorali. vid. *Auctor des Europ. Herolds, T. I. p. 256.*

(6.) Quod oſtendit PFANNERVS *l. d. l. 3.* §. 64. *p.* 385. *ad an.* 1653. Contrarium quidem legati Brandenburgici, in iure hoc Principi ſuo abſente Saxonico legato vindicando ſoliciti, oſtendere allaborabant, ſed fruſtra hoc ab iis fuiſſe factum Saxonicus eos docebat, vid. *Meditationes citat.* inprimis *Mantiſſam IV. et V. pag.* 1542. 47. *et* 48. add. *Flecta Iuris Publ. T. I. pag.* 6.2. 621. *et* 22. Nec verum eſt, quod ARVMAEVS *in Comment. de Comitiis c. 6.* §. 96. *p.* 419. aliique ſibi perſuadent, res, Politicum Proteſtantium ſtatum concernentes, directioni Palatini ſicuti antea vna cum ſpiritualibus, ita ſolas hodie adhuc ſubeſſe, quod probe docet LIMNAEVS *in I. P. l 3. c. 10. n. 33. p. 148. ſeq.* Hoc interim non negamus, diverſis temporibus hac de dirigendi poteſtate litem Saxoni Palatinum, irrito tamen plane conatu, et exiguo ſane ſucceſſu mouiſſe. Declarat hoc controuerſia, quae hoc de iure A. 1566. Erfurti inter vtroſque intercesſit, in qua tamen vti ſemper ita et hoc tempore inferior Palatinus diſcesſit. it. ea, cuius mentionem facit ARVMAEVS *de Comitiis c. 6. n. 97. p. 420. ſeq.*

(1.) vid.

conferre atque ponderare coepit, tandem conclusum confici curat. Huius denique summa in scripturam vbi fuit redacta, et ab omnibus legatis subscripta atque obsignata, ad eum, cui tradi debet, defertur. (1.) Imo, tanta eius in negotiis religionis et fidei est auctoritas, vt nulli conuentus a ceteris Euangeliis eo inscio instituí, (2) nec quidquam prorsus eo inuito in eiusmadi casibus suscipi peragique queat.

## §. VII.

Paucis adhuc attingenda est ea quaestio, tum antea iam (1.) tum nouissime (2.) etiam quae proponi coepit, cui nempe, absente legato Potentissimi Saxoniae Electoris, hoc in Euangelicorum Statuum causis Directorium competat. Brandenburgicus legatus, qui hoc ad se pertinere contendebat, et quo ceteros ab eo excluderet tantopere allaborabat, hac in quaestione decidenda sequenti potissimum vtebatur ratione: tribuendum nempe hoc esse non tam illi, qui primum inter Proceres Augustanae Confessioni addictos locum obtineret, quam ei potius, qui a Saxone esset primus. (3.) Cum autem absente Saxone eiusque legato ceteros omnes dignitate Brandenburgicus antecederet; necessi-

(1.) vid. omnino THVLEMARIVS *de Octauiratu c. XVI. §. 34 p. 214. A. des Europaeischen Herolds Tom. I p. 256.*

(2.) vid. *A des Europ. Herolds d. l.* add. KVLPISIVS *in Notis ad* MONZAMBANO *P. II. c. 5. §. 26. pap. 171.*

(1.) vid. AHASVERVS FRITSCHIVS *in Additt. ad* LIMNAEI *I. P. L. IX. c. 1. n. 134. p. 315. seq.* ex ipsis Actis publicis, quae simul adducit, pluribus hoc ostendens.

(2.) Controuersiam hanc haud ita pridem motam et a priori tempore distinctam ex *Meditationibus ad Instrum. Pacis cit Mantissa 4. et 5. p. 1542. seqq.* et *Electis I. P. Tom. I. fascic. 7. p. 612. seqq.* addiscere licet.

(3.) vid. *Meditationum cit. Mantissa IV. p. 1542. et Mantissa V. p. 1548.* vbi, ad haec quid responderint Saxonici legati, inuenitur.

(4.) Sua

cessitatis quoque esse vt huic, non alii munus hoc obueniret. (4.) Sed non immerito a Serenissimis Saxoniae Ducibus qui erant missi, (5.) contrariam sententiam tuentes, Brandenburgicis se opponebant, suisque Principibus hanc dirigendi potestatem vindicabant. Rationes, quibus potissimum nitebantur hae erant: Pertinuisse illam ab omni aeuo ad Saxonicos Principes nec vnquam ab iis fuisse ablatam, vt nunc demum haud immerito Saxonicae gentis priuilegium appellari queat. (6.) Nec exempla deesse ex quibus absente Saxonico Electorali legato ius hoc ad Serenissimos Saxoniae Duces transiisse doceri posset. (7.) Licet autem maiori omnino iure prae ceteris hoc Directorium qui affectant Serenissimi Saxoniae Duces gaudeant, nondum tamen, quantum notitiae ad nos hac de re peruenit huc vsque haec controuersia fuit composita, nec ab vllo horum, Saxoniae Duces si excipiamus, iuris huius exercitium potest allegari, maxime cum Potentissimi Saxoniae Electores in iure hoc haud dimittendo nunquam non soliciti sint reperti.

(4.) Suae autem sententiae eo maiorem fidem vt faceret varia afferebat exempla ex quibus munus hoc absente Saxonico legato saepius gessisse Brandenburgicum Electorem probari posse putabat. Sed quae ad haec responsio a Saxonicis Legatis fuerit data ex *Electis I. P. Tom. I. fascic.* 7. *p.* 630. docemur. add. *p. praeced.* 614. *seq.* et THVLEMARIVS *d. l. c.* 16. §. 35. *p.* 214.

(5.) In primis Saxo Gothani. vid. KVLPISIVS *d. l.* P. *II. c.* 5. §. 26. *p.* 172.

(6.) quod tamen in dubium vocabant Brandenburgici legati v. *Meditat. cit. Mantiss. V. p.* 1543.

(7.) Sic afferebant post Pacem Pragensem et ipsa etiam Pace VVestphalica durante Ducem Saxo-Altenburgensem Directoris munere fuisse functum, quod et probant PFANNERVS *in Hist. Comitiorum* L. *III.* §. 64. *p.* 385. *seq.* et *A. des Europ. Herolds* P. *I. p.* 256. Sed factum hoc fuisse negabant legati Brandenburgici. vid. *Electa I. P. Tom. I. fascic.* 7. *p.* 613. Ceterum quomodo Luneburgici Duces in eodem hoc iure sibi vindicando fuerint occupati KVLPISIVS *d. l.* P. *II. c.* 5. §. 26. *p.* 171. ostendit.

# SECTIO QVINTA
DE
# OFFICIIS IMPERII RELIQVIS.

Σύνοψις.

*§. I. Archi Venatoris munus antiquum, et eximium iam olim habitum fuisse ostendit. II. Eiusdem translatio ad Misnenses Marchiones exponitur. III. Dignitas et iura cum eodem coniuncta indicantur. IV. Directoris officium, in Circulo superiori Saxonico, Electori Saxoniae competens, tradit. V. Alia adhuc priuilegia et iura enarrat. VI. continet votum, pro Serenissimorum Saxoniae Electorum salute ac incolumitate susceptum.*

§. I.

Officia tandem reliqua, Saxonicae Domui in Imperio nostro quae competunt, quod attinet, non postremo sane inter ea loco ponendum esse existimamus S. R. I. Archi-Venatoris Munus, quo tanquam Misniae Marchiones hodierni Serenissimi Electores Saxoniae in Germania existunt ornati. Huius autem officii originem si indagare volumus, non antiquum (1.) solum, sed et satis splendidum eundem deprehendimus, cum iam inter Principalia (2.) in aula Francorum Regum ministeria illud

(1.) Ex quo enim Venationum iura inter Regalia sunt relata, hoc quoque officium in aulis Principum coepisse nullum est dubium.

(2.) Vocabatur is, officio huic qui praeerat apud Francos, Venator Principalis, siue Praefectus Venationibus Regalibus, et Palatinis Maioribus accensebatur, quod officii huius summam dignitatem satis ostendere potest. vid. LEHMANNVS *in Chron. Spirens. L. II. c. 13. p. 65.* add. EYBENIVS *in Diss. de Titulo Nobilis. §. 30. p. 848.*

(3.) *Sect.*

illud relatum esse vel ex vnico HINCMARI testimonio, cuius verba *supra* (3.) iam attulimus, euinci queat. Sicuti autem temporis successu Teutonici incipiebant Imperatores, qui Francorum Regum instituta in plurimis imitabantur, eorumque officia ad suam quoque aulam transferebant eaque adhuc cum aliis augebant; (4.) ita, et Venatoris Imperii nomen ad Germanos a Francis transiisse, haud vane suspicari licet. Ceterum huius muneris ratio ab initio ad solum Imperatoris arbitrium referebatur, qui modo hunc modo illum eodem ornabat, vsque tandem cum reliquis officiis, quod saeculo potissimum XII. accidisse constat, firmo stabilique iure certis familiis adnecti incipiebat.

§. II.

Inter eas familias, quibus dignitatis huius S. R. Imperii Venatoris obtigit possessio, cum varias referri videamus, quid tuto de earum in hoc munere obeundo exercendoque successione proferri queat, nondum satis compertum habemus, praesertim cum dubia hic sint omnia admodumque incerta, quae de nonnullis proferuntur. Non vero solum Celsissimos potentissimosque e Ducum ordine Austriae, Carinthiae, (1.) Pomeraniae, (2.) VVurtenbergiae (3.) sed et Vracensis in Sueuia Comites, (4.) antequam



(3.) *Sect. II. §. 2. not. 4.*

(3.) vid. *supra sect. II. §. 3. ibique not. 4.*

(1.) vid. FREHERVS *ad* PETRVM DE ANDLO *L. II. c. 15. in fin.* EYBENIVS *in Diss. de Titulo Nobilis* §. 30. *p.* 847. et 848. et *de Stylo Curiae* §. 24. *p.* 872. CAESARINVS FVRSTENERIVS *de Suprematu c. XLII. p.* 151.

(2.) vid. PFEFFINGERVS *in Not. ad* VITRIARII *I. P. L. III. Tit. XII.* §. 24. *p.* 172. 73. vbi ex Documentis publicis, hos sibi titulum Imperii Venatorum arrogasse, ostendit.

(3.) Ad hos a Comitibus Vracensibus officium hoc peruenisse omnes tradunt. vid. EYBENIVS *dd. ll.* et SCHVVEDERVS *in I. P. Part. Spec. Sect. I. c. 8. §. 3.* verum nunquam eos Imperii Venatores fuisse, non ita leuibus argumentis probat PFEFFINGERVS *d. l. pag. 173.*

(4.) Hos quidem nonnulli Imperii venationum praefectos fuisse memorant, verum non inter Archi-officiales, sed Sub Venatores eosdem tantum fuisse numeratos, ex GOLDASTO docet EYBENIVS *in Diss. de Tit. Nobilis* §. 30. *in fin. p.* 848. add. *A. des Europaeischen Herolds P. I. pag.* 257. qui pro Venatoribus aulicis prouincialibus eosdem reputat.

(5.) vid.

quam ditio eorum VVurtenbergiae Ducibus cessit, et Svvartzburgicorum (5.) gentem huius Archi muneris titulum gessisse. et vno saepe eodemque tempore (6.) inter se inuicem de eodem quasi decertasse constat. At enim vero, cum plurimae harum iam sint exstinctae, a reliquis vero titulum hunc nunquam adhiberi, nec de iuris huius possessione quidquam ab iis allegari certum sit; haud necessitatis esse putamus, quo diu in enarrandis explanandisque horum omnium iuribus haereamus. Certiora nos docet Saeculum XIV. quo demum firmo stabilique nexu ad Misniae Marchiones hocce Archi-Venatoris munus transiisse non solum omnes vno ore fatentur, sed et tabulae Caroli IV. hac de re ipsis quae sunt concessae, (7.) satis superque probant. Quod vero semel adquisitum ius sicuti Serenissimi hi Principes eorumque successores, Potentissimi Electores Saxoniae, semper quo conseruarent (8.) allaborarunt: ita et, eodem adhuc eos ornatos existere, nemo iure dubitare potest. (9.)

§. III.

Non nudum vero hunc Archi-Venatoris titulum prae se ferre offi-

(5.) vid. LEHMANNVS *in Chron. Spirens. L. VII. c. 35. p. 694.* add. EYBENIVS *dd. ll.*

(6.) Vnde EYBENIVS *de Tit. Nobilis* § *30. p. 848.* haud inepte iudicat, officium hoc etiam apud plures esse potuisse, maxime cum iam olim sub Francorum Imperio quatuor fuerint Venationum praefecti. vid. locum HINCMARI supra allegatum.

(7.) Exhibuimus easdem sub calcem *Sect. I. supra p. 55.* et datae quidem sunt Budissenae 1350. *des nechsten Dornstages nach* Inuocauit. Aliae, sed eiusdem fere tenoris, extant ap. LVNIGIVM *P. Spec. II. p. 246. seq.* *in Kaysers Iosephi Confirmation über des Reichs Ober-Iägermeister-Ampt etc.* quae concessae Budissenae 1350. *des nechsten Dienstages nach St. Valentins-Tag.* ibi enim Misnensibus in feudnm conceditur: *als des Römischen Reichs Obirster - Jägermeister die Folge der Iayt uf allen VValden etc.* add. *A. des Europaeischen Herolds P. I. p. 257.* PFEFFINGERVS *ad* VITRIARII *I. P. L. III. Tit. 12. §. 42. p. 172.*

(8.) Inde non solum Io. Georgius II. Elector anno 1661. d. 28. Aug. a Diuo Leopoldo confirmationem de hoc iure impetrauit: vid. DN. SEBASTIANVS NÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad d. an. pag. 447.* Sed et nouissime Diuus Iosephus anno 1708. eandem Potentissimo Poloniarum Regi et Saxoniae Electori, Friderico Augusto, concessit, quam exhibet LVNIGIVS *im Teutschen Reichs-Archiv. P. Spec. II. n. LXXIX. p. 246.*

(9.) PFEFFINGERVS quidem *d. l.* Marchiones Misniae iam munus hoc amisisse sibi persuadet, inprimis quod Pomeraniae Duces illud ex priuilegio sibi vindicasse legerentur; Verum coniecturis eum niti allegatae Confirmationes satis testantur.

(1.) vid.

officii nomen, ſed ad inſigne dignitatis Sereniſſimorum Saxoniae Electorum pertinere augmentum, non vna nobis ratio confirmat. Praeterquam enim quod in aula iam Francorum Regum Venationibus Regalibus Praefectos inter Maiores Palatinos relatos eſſe videmus, (1.) et in Germania non aliis, quam qui Principali dignitate eminuerunt, ſplendidisſimum hocce munus eſſe conceſſum reperimus. (2.) Id quod vero maximum, et vna cum ceteris Archi-officialibus officia ſua in ſolennibus Curiis olim Archi-Venatores peregerunt, (3.) eoque ipſo, quantae ſit Archi munus quod gererent dignitatis quantique momenti, omnibus declararunt. Non minora, ſed eximia prorſus ſunt illa iura, (4.) vi huius praerogatiuae dignitatisque Imperii ad Sereniſſimos Saxoniae Electores quae ſpectant, et quorum confirmationem ſolicite ab Imperatoribus expetiuerunt, eademque ſalua ſibi ſuisque Principibus poſteris quo ſeruarent ſemper ſunt anniſi.

§. IV.

Ingens porro dignitatis auctoritatisque Sereniſſimis Saxoniae Electoribus inde quoque accedit incrementum, quod Directorii, (1.) in Circulo Saxonico Superiori iis, et quidem ſolis, (2.) ab Imperio datae ſunt partes. Huius vero Directorii Circularis in eo potisſimum ſe exſerit poteſtas, vt Elector Saxoniae, ſi quando conuentus Circulares celebrandi, Status Circuli ad eos conuocet,

 (3.) eo-

(1.) vid. *Supra* §. 1. *not.* 2.

(2.) conf. EYBENIVS *in Diſſ. de Tit. Nobilis* §. 30. *p.* 847. *et de Stylo Curiae* §. 24. *p.* 871.

(3.) Sic in ſplendidiſſima illa curia quam Carolus IV. Imperator anno 1356. Metis celebrauit, Miſniae Marchio Fridericus Strenuus vna cum Comite Swartzburgico, officii quaſi collega, Principali hoc munere inter reliquos Archi-officiales functus inueuitur. vid. omnino LEHMANNVS *in Chron. Spirenſi L. VII. c.* 35. *p.* 694. SIGISMVNDVS a BIRCKEN. *im Spiegel der Ehren des Ertzhauſes Oeſterreich L. III. c. VIII. p.* 334. EYBENIVS *dd. ll. A. des Europaeiſchen Herolds P. I. p.* 257. PFEFFINGERVS *in Not. ad Vitriarium L. III. Tit.* 12. §. 42. *p.* 172.

(4.) Inter quae potiſſimum referenda Regalia Venationum, et alia huc pertinentia iura, quae videre licet in *Priuilegio* illo Caroli IV. de 1350. *Sect. I.* ſubiecto, et *Confirmatione* Dn. Ioſephi *ſupra* §. 2. *not.* 7. *cit.*

(1.) Quod munus ad Saxonem tanquam Electorem pertinet vid. VITRIARIVS *in I. P. L. II. Tit. VI.* §. 11. *p.* 44.

(2.) quod itidem ad Directorii huius excellentiam facere videtur, cum in aliis Circulis plerumque Condirectores inueniantur. (3.) Vo-

# SECTIO QVARTA
DE
# OFFICIO DIRECTORIS IN COMITIIS.

Σύνοψις.

*§. I. Directorii Saxonici in Comitiis origo ex Archi-Mareschalli officio deducitur. II. Quibus in casibus illud obtineat indicatur. III. Exponit celebriores hoc de iure a diuersis motas controuersias. IV. Iura Saxoniae Electoribus ob id quae competunt, salua ipsis adhuc esse ostendit. V. Origo Directorii in caussis Protestantium inuestigatur. VI. Iura vi huius exercenda exponit. VII. Cui absente Electoris Saxonici legato hoc competat disquirit.*

## §. I.

MOguntinum Electorem Directoris in Comitiis Imperii aeque ac in Collegio Electorum munere (1.) fungi, non tam summae eius inter ceteros auctoritati, quam potius quod

(1.) Adpellatur *das Ober-Reichs-Directorium.* vid. DN. LYNCKERVS *de Munere Directorum c. III. p. 12.* Iura, vi huius quae ipsi exercenda competunt, in eo potissimum consistunt, 1 vt Archi-Mareschallo diem et horam vna cum themate de quo deliberandum, schedula ad eum missa indicet, quo, Status per Vice-Mareschallum conuocari, deque his omnibns eos simul certiores reddi, curare possit: vid. *supra Sect. II. §. 12. not. 8. p. 134.* add. ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 77. pag. 392.* 2. vt suffragia in Senatu Electorum colligat. 3. Caesari in Comitiis nomine omnium respondeat. 4. Conclusum in scripturam redigi curet. etc. vid. omnino THVLEMARIVS *de Octauiratu c. X. §. 5. p. 128. et §. 8. p. 129. seq.* DN. HORNIVS *in I. P. c. XXVII. §. 1. et 4. p. 227. et c. XLV. §. 10. p. 448.* PFEFFINGERVS *in Not. ad Vitriarium L. III. Tit. X. §. 13. pag. 135. aliique.*

(1 a.) vid.

quod Archi-Cancellarii per Germaniam dignitate gaudeat, (1a.) tribuendum venit. Cum autem saepius eueniat, vt Moguntinus officio suo praeesse non possit, Serenissimi Saxoniae Electores partes eius suo iure sibi suscipiunt peragendas. Hi enim cum ratione sui Archi-officii plura alia summa et egregia prorsus in Comitiis Imperii (2.) aliisque actibus (3.) solennibus iura possideant, imo in non paucis Directorium attingentibus negotiis vna cum Moguntino concurrant, (4.) mirum sane non est, ceteris Imperii Statibus omissis hoc quoque ius ad eos transiisse. Vt nullum



(1a.) vid. *A. der Grundfeste des H. R. Reichs P. II. c. 4. p. 86. seq.*

(2.) vid. *supra sect. II. §. 12. et 13. p. 132. seq.*

(3.) vid. *ibid. §. 10. 11. et 14.*

(4.) Primo enim Status in Comitiis conuocat. vid. *supra sect. II.* §. 12. De quo iure cum seculo XVI. inter Moguntinum et Archi-Mareschallum lis oriretur, haec tandem Transactione, inter Augustum Electorem et Danielem Moguntinum Archi-Praesulem anno 1562. inita, fuit sopita, et ius hoc Archi-Mareschallo relictum. vid. Dn. SEBASTIANVS MÜLLERVS *in Annal. Saxon. ad an. 1562. p. 134. seq.* Ipsas Transactionis tabulas adducunt AHASVERVS FRITSCHIVS *in Additamentis ad* LIMNAEI *I. P. L. IX. c. I. n. 131. p. 314. seq.* LVNIGIVS *im Teutschen Reichs-Archiv, Part. spec. P. I. n. 156. p. 396.* Sed, ante propositionem Ius Electores conuocandi Saxo an habeat, disquirit erudite ARVMAEVS *de Comitiis c. VI. n. 97 p. 426. seq.* Tum vota etiam in Comitiis vt exponant Ordines prouocat, eaque colligit. vid. *sect. II.* §. 12. §. 135. Quod ius cum dubium a Moguntino ipsi redderetur, anno 1522. iam Elector, Fridericus Sapiens, cum Moguntino de eo quidem transigere incipiebat, sed res euentu destituebatur. vid. SEBASTIANVS MVLLERVS *in Annal. Saxon. ad an. 1522. p. 76.* Eadem consilia anno 1526. licet non meliori ac antea successu fuisse suscepta, notat idem MÜLLERVS *ad d. an. p.* 80. Omnis vero tandem de hac re controuersia anno 1529. inter Albertum Moguntinum et Iohannem Constantem, Saxoniae Electorem, interuentu Ludouici Palatini, Electoris, fuit composita, haecque potestas Saxoni remansit, et hoc quidem modo, vt, praesente Imperatore si Comitia habeantur, Archi-Mareschallus non Moguntinus vota exploret bene tamen absente illo. Quod vltimum vero si contingit, Moguntinus ceterorum Statuum suffragia quidem rogat, Saxo tamen iterum illius in sententiam inquirit. conf. *Transactio de 1529.* LEHMANNVS *in Chron. Spirensi L. VII c. 124. pag. 963. A. der Grundfeste P. II. c. 4. P. 86. seq.* vid. tamen BECHMANNVS *in Exercit. I. P. Ex. XII. §. 27. n. 4. seq.* add. Dn. MÜLLERVS *in Annal. ad d. an. p. 82.* Literas

itaque ſit dubium, quin vera huius dirigendi poteſtatis et ad Saxonem pertinentis origo in Archi-Mareſchallatus dignitate ſit quaerenda. (5.)

§. II.

Cum itaque ſummo iure hae Directorii partes ad Sereniſſimum Saxoniae Electorem, qua Archi-Mareſchallum, quippe qui tam pactis, cum Moguntino ea de cauſa initis, quam diuturnae poſſesſionis, et antiquisſimae obſeruantiae iure nititur, pertinere certum ſit; videamus nunc demum etiam quibus in caſibus locum eius adminiſtratio inuenit. Vindicat autem hoc ſibi ius, nec immerito, Sereniſſimus ille Princeps, non mortuo ſolum vel abſente (1.) Moguntino, ſed et ſi Legatus eius durantibus Comitiis e vita diſceſſit, et nondum alius in locum eius eſt ſurrogatus, (2.) vel alius quidem adeſt, non dum tamen fidem ſuam ceteris hic comprobauit, (3.) aut cauſa, in Comitiis expedienda, ad ipſum Moguntinum pertinet, (4.) vel denique ſi munus ſuum is obire detractat. (5.) Eadem vero quae ſubeſt ratio, Archi-Mareſchallum vice Moguntini Directoris ſpartam in Comitiis, in primis vero

hac de re confectas habet ARVMAEVS *d. l. c. VI. n. 77. p. 504. ſeq.* FRITSCHIVS *d. l. ad L. IX. c. I. n. 131. p. 312.* LVNIG. *im Teutſchen Reichs-Archiv. P. ſpec. P. I. n. 155. p. 395. ſeq.* Denique Saxo in Conuentibus particularibus, *VVann ein gemeiner Ausſchuß, er ſey groß oder klein, gemachet wird*, alternis vicibus cum Moguntino Ordinum vota explorat atque colligit. vid. dicta *Tranſactio de an.* 1529. §. *VVann aber etc.*

(5.) Licet diſſentiat Dn. COCCEIVS, *in I. P. c. XX.* §. 20. *p.* 374 et, ex Palatinatu Saxoniae eam eſſe deducendam, velit.

(1.) vid. *Tranſactio cit. de an. 1529. §. VVann wir aber. etc.*

(2.) vid. *Diſcurſus von gegenwärtigen Reichs-Tage zu Regenſpurg p. 108. ap.* SCHILTERVM *Tom. II. I. P.*

(3.) Quod nouiſſime accidit an. 1692. vid. *Diſcurſus cit. p. 109.*

(4.) vid. BECHMANNVS *in Exercit. I. P. Exercit. XII.* §. 27. *n. 2. p. 506.* KVLPISIVS *in Commentar. ad* MONZAMBANO *P. II. c. 5. §. 36 p. 162.* TITIVS *in Obſ. ad eund. c. V. §. 26. pag. 310.*

(5.) vid. *A. der Grundveſte P. II. c. 4. pag. 86.*

(6.) Quod

ro in Collegio Electorali perfungi, nec impedit, sed potius suadet atque postulat, quo in omnibus solennibus Curiis, (6.) in quibus Moguntini praesentia opus quidem est, haec tamen desideratur, eorum omnium cura, ad Moguntinum alias pertinens, ipsi relinquatur.

§. III.

Sicuti vero plerumque fieri solet vt magnae fortunarum dotes in inuidiam alios rapiant: ita et Serenissimis Saxoniae Electoribus euenisse exempla, de iis quae testantur, neminem dubitare sinunt. Cum enim ceteri Principes, hos tum alia egregia iura, tum et dirigendi in Comitiis potestatem sibi vindicare intelligerent, horum aemulatio atque inuidia eo excitari, incipiebat. Omnium tamen maxime Treuirensis et Coloniensis, Electores, in hoc dirigendi iure Saxoni praeripiendo fuere occupati, nec vllam occasionem, quo illud perficerent, vnquam intermiserunt. Sic an. 1675. e vita discedente Lothario Friderico, Archi-Episcopo Moguntino, Treuirensis Elector hoc adse Directoris munus pertinere contendebat, (1.) sed quod tantopere Saxonis legatus ei resistebat, Principum etiam plerique partes huius sequebantur, non poterat non fieri vt cedere illi hic cogeretur, Saxo vero suo iniure legitime semel quaesito tutus remaneret. Et cum breui post



(6.) Quod si itaque forte contingat vt eo tempore, quo Imperatoris electio venit suscipienda, vita fungatur Moguntinus, non dubium est quin loco eius Electores Archi-Mareschallus conuocare queat, quod et non obscure ex *cit. Transactione de an. 1562. ap.* FRITSCHIVM *d. l. pag. 315.* colligi potest. Vt perperam itaque ARVMAEVS *d. l. p. 105. c. 3. n. 55. 56.* Vicariis in Imperio hoc ius esse tribuendum affirmet. Nec obstat in A. B. nullam plane hac de re fieri mentionem. Sic etiam in eadem *c. IV. §. 3.* constitutum inuenimus, reliquos Electores, dum in eligendo Imperatore occupantur, suffragiis ab iis latis Electoris Moguntini demum sententiam explorare debere: Nihilo tamen minus longa et inueterata consuetudine introductum est vt, reliquis exclusis, solus Saxo ius hoc exerceat.

(1.) vid. FRITSCHIVS *d. l. ad L. IX. c. 1. n. 131. p. 309. seq.* et PFEFFINGERVS *in Not. ad* VITRIARII *I. P. L. III. Tit. X. ad rubr. p. 116.* vbi et, Capitulum Moguntinum eo tempore hoc Directorium, frustra tamen, affectasse exponit.

anno 1678. eueniret, vt vitam cum morte commutaret Damianus Hartardus a Leyen, Moguntinus Elector; Capitulum Moguntinum nec minus Treuirensis et Coloniensis, Electores, Directorium praetendebant, (2.) sed eandem, qua paulo ante fuerant vsi fortuna, nunc demum etiam experiebantur, nihil plane quidquam operae, ad ius hoc Principi suo conseruandum, Legatis Saxonicis intermittentibus. Recrudescere tandem haec coepit controuersia an. 1690. cum Saxonis legatus, eo tempore, quo Hauvvoldus, Moguntini Legatus, a Directoris munere, eo, quod authenticas credentiales suas producere detrectabat, a ceteris Principibus excluderetur, Directorii partes sibi vindicaret, (3.) Treuirensis vero et Coloniensis denuo ipsi se opponerent, licet et hoc tempore frustraneus eorum esset conatus, nec quidquam hac eorum contradictione iuri Saxonis detraheretur.

## §. IV.

Satis nos ea quae sunt adducta docent, summas Directorii in Comitiis partes absente vel impedito Moguntino ad nullum alium quam Serenissimum Saxoniae pertinere Electorem, irritumque plane eorum esse conatum, qui iure hoc Serenissimos hos Principes defraudare allaborant. Quid enim Treuirensem atque Coloniensem, Electores, attulisse iuuabit, proximum se a Moguntino in Senatu Electorum obtinere locum, ideoque ius hoc ad eos transire esse aequitatis, cum notum tamen sit omnibus, non ratione Electoralis dignitatis, sed Archi-officii hoc ad illum munus pertinere. (1.) Non quidem nos fugit eodem cum Moguntino Archi munere eos gaudere, vt ex hac ratione potius in locum Moguntini vt succedant necesse esse videatur: at quis non videt diffe-

(2.) Totam hanc controuersiam KVLPISIVS *in Commentario ad* MONZAMBANO *P. II. c. V.* §. 36. *p.* 164. *seq.* cum ipsis Actis publicis huc pertinentibus exhibet.

(3.) Quid eo tempore actum sit pluribus nos docet PFEFFINGERVS *in Not. ad* VITRIARIVM *L. III. Tit. X.* §. 15. *p.* 135. *seqq.*

(1.) vid. §. 1. *h. Sect.*

(1.) vid.

differentiam inter vtrorumque Archi-cancellariatus quae intercedit, dum Maguntini Germaniam, horum vero extera solum regna, Galliam nempe et Italiam, concernant, (2.) eaque de causa in rebus, Germaniae regnum attingentibus, nihil ipsorum curae relictum esse appareat. Minorem adhuc merentur assensum, ea, quibus Capitulum Moguntinum hoc Directorii munus mortuo Electore asserere sibi conatur. (3.) Licet enim hoc sede vacante iura realia exercere certum sit, ea tamen quae Episcopi personae cohaerere dicuntur; quorum in numero ius dirigendi in Comitiis habetur, nullo modo ad Capitulum transire inter omnes constat. (4.)

§. V.

Non vltimum inter summa Serenissimorum Saxoniae Electorum iura obtinet locum, gaudere illos potestate res atque controversias, Euangelicorum religionem concernentes, in Comitiis moderandi. Propria vero haec ipsis fuit dignitas a primis iam Reformationis temporibus, (1.) quibus, tum quod in eorum terris prima sua Euangelicorum doctrina acceperat incrementa, tum etiam quod primi erant qui verae huius religionis principiis imbuebantur, idque vel maximum in summa prae ceteris, qui emendatae religioni erant addicti, auctoritate erant constituti, (2.) hoc dirigendi

 gendi

(2.) vid. DN. HORNIVS *in I. P. c. XLV. §. 10. p. 449.*

(3.) Inprimis ius hoc ab ipso fuit affectatum an. 1675. e vita discedente Lothario Friderico, Praesule Moguntinensi. vid. PFEFFINGERVS *ad* VITRIARIVM *L. III. Tit. X. ad prooem. not. b. p. 126.* et *A. des Discurses von gegenwärtigen Reichs-Tage pag. 107.* ap. SCHILTERVM *in I. P. Tom II.*

(4.) vid. omnino SCHILTERVS *in I. P. T I. L. I. Tit. XIX. §. 5. pag. 214.* add. *A. des Discurses etc. p. 107. d. l.* et DN. COCCEIVS *in I. P. c. XX. §. 10. p. 369. seq.*

(1.) Quod pluribus ostendit *A. des Europaeischen Herolds P. I. p. 255. seq.* vbi primus, hoc Directoris munus qui gessit, Iohannes Constans, cum anno 1532. Suecofurti Protestantes essent congregati, memoratur. add. PFANNERVS *in Historia Comitiorum L. VII. §. 64. p. 385.*

(2.) Hanc sententiam tuentur BECHMANNVS *in Exercit. I. P. Exercit. XII. §. 27. n. 8. et 9. p. 507.* LIMNAEVS *in P. L. III. c. 10. §. 33. seq. p. 148.* aliique. Vt itaque nulla illis

gendi munus ad eos deferebatur. Falluntur enim illi admodum nec vera vti par eſt profitentur, qui ab ea demum aetate, qua Palatina Domus Reformatorum caſtra ſequebatur, (3.) vel quod aliis videtur, a Proſcriptione Friderici V. Electoris Palatini, (4.) hoc ius Saxoniae Electoribus obtigiſſe contendunt. Teſtantur nobis potius de ſumma illorum omni aeuo in negotiis, religionem Auguſtanae Confesſionis attingentibus, expediendis aeque ac dirigendis cura tot tamque inſignia prorſus exempla, (5.) cum tamen de Palatinis

illis habenda ſit fides, qui Archi-officii ratione, vel ex pacto quodam et conuentione ius hoc ad Sereniſſimos Saxoniae Electores peruenisse contenduot.

(3.) Qua in opinione verſantur ARVMAEVS *in Tr. de Comitiis c. VI. n. 97 p. 420. et n. 98. pag. 424.* LEHMANNVS *de Pace Religioſa L. II. c. 44.* aliique recentiorum. Idem obiiciebant legati Brandenburgici, cum haud ita pridem, ius Directioois inter Euangelicos abſente legato Saxonico ad ſe pertinere, contenderent. vid. *Meditationes ad Inſtrum. Pacis Caeſareo Suec. Mantiſſa IV. p. 1542.* et *Electa I. P. Tom. I. Faſcic. 7. p. 612. ſeq.* ſed quid ad hoc reſponſum ſit a legatis Saxonicis vid. in cit. *Meditat. Mantiſſ. V. p. 1548. ſeq.* et *Electis I. P. d. l. p. 622. ſeq.* Ceterum, nullo niti eorum aſſertionem fundamento et ex eo apparet, quod Palatinus et ea aetate, qua adhuc inter Euangelicos Principes numerabatur, nunquam fere Saxonis Directorium reprobauit, ſed omni tempore potius illud agnouit. vid. *A. des Europ. Herolds P. I. p. 255.*

(4.) vid. *cit. Meditat. ad Inſtrum. Pacis d. l. pag.* 1542. et 1548. et *Electa I. P. d. l. pag.* 612. et 623.

(5.) inprimis Proteſtatio contra Decretum Spireoſe de A. 1529. vid. de hac SLEIDANVS *in Commentario de ſtatu Religionis L. VI. p. 171. et 186.* SECKENDORFFIVS *in Hiſtoria Lutheraniſmi L. 2. ſect.* 14. Exhibitio Confesſionis Auguſtanae, A. 1530. facta, de qua SLEIDANVS *l. d. L. VII. p. 186. ſeq.* Foedus et bellum Smalcaldicum, de quibus SLEIDANVS *l. d. l. 12. p. 338. et l. 17. 18. et 19.* HORTLEDERVS *de Cauſis Belli Germ. T. II. L. III. et* SECKENDORFFIVS *l. d. l. 3. ſect. 17. §. 53.* Transactio Paſſauienſis. HORTLEDERVS *l. d. T. II. L. V. c. 24.* SLEIDANVS *l. d. L. XXIV. pag. 784.* Pax Religioſa de A. 1555. SLEIDANVS *l. d. L. XXVI.* et SCHILTERVS *in Tr. de hac Pace.* et Conuentus Lipſiae A. 1631. habitus, cuius Hiſtoriam integram et ſatis prolixe exhibet LONDORPIVS *Actorum Publicorum T. IV. L. I. c. 44. p. 130. ſeq. ſeq.* add. DN. MÜLLERVS *in Annalibus Saxon. ad d. an. p. 339.* Haec omnia tum de Sereniſſimorum Saxoniae Electorum circa religionem Euangelicam cura, tum de directorii in negotiis ſpiritualibus munere, ad illos pertinente, ſatis teſtantur nec illo tempore Sereniſſimos hos Principes ius hoc dimiſiſſe. Et licet a temporibus

nis Electoribus aut nulla plane, aut pauca tamen, quae nos de iure hoc ab illis vsurpato confirmare possent, (6.) in actis publicis reperiantur.

§. VI.

Ad summam vero Directorii in Euangelicis curam quod attinet, his in primis negotiis absoluitur illa. Simulatque nempe Memorialia ipsi exhibita, Status Augustanae Confessioni addictos conuocat, delata ad se illis proponit, et per dictaturum priuatam cum iis communicat. Quo facto consilia cum iis vt conferat, et, quo variis de his deliberationibus institutis sententias suas exponant, eos vt adhortetur necesse habet. In eo vero dum occupati sunt suffragia sua vt ferant, colligit ea, et vbi ea con-

ribus Pactionis Pragensis ad Pacem vsque Osnabrugensem aliud obtinuisse videmus: finita tamen hac statim Saxo in iure hoc sibi vindicando solicitus est repertus. vid. *Auctor des Europ. Herolds T. I. p. 256.* PFANNERVS *in Historia Comitiorum L. III. §. 64. p. 385. et 390.* causam simul factae huius omissionis allegantes. Nec hodie, non obstante Potentissimum Saxoniae Electorem Regni Polonici sceptra suscepisse, hac in re quidquam fuit immutatum, sed remansit illa dirigendi potestas Saxonicis Legatis eodem atque antea modo, concurrentibus tamen in hoc iure Serenissimo Principe Saxo-VVeisenfelsensis liniae et Collegio Status Electorali. vid. *Auctor des Europ. Herolds. T. I. p. 256.*

(6.) Quod ostendit PFANNERVS *l. d. l. 3. §. 64. p. 385. ad an.* 1653. Contrarium quidem legati Brandenburgici, in iure hoc Principi suo absente Saxonico legato vindicando soliciti, ostendere allaborabant, sed frustra hoc ab iis fuisse factum Saxonicus eos docebat. vid. *Meditationes citat.* inprimis *Mantissam IV. et V. pag.* 1542. 47. *et* 48. add. *Flecta Iuris Publ. T. I. pag. 6. 2. 621. et 22.* Nec verum est, quod ARVMAEVS *in Comment. de Comitiis c. 6. §. 96. p.* 419. aliique sibi persuadent, res, Politicum Protestantium statum concernentes, directioni Palatini sicuti antea vna cum spiritualibus, ita solas hodie adhuc subesse, quod probe docet LIMNAEVS *in I. P. l. 3. c. 10. n. 33. p. 148. seq.* Hoc interim non negamus, diversis temporibus hac de dirigendi potestate litem Saxoni Palatinum, irrito tamen plane conatu, et exiguo sane successu mouisse. Declarat hoc controuersia, quae hoc de iure A. 1566. Erfurti inter vtrosque intercessit, in qua tamen vti semper ita et hoc tempore inferior Palatinus discessit. it. ea, cuius mentionem facit ARVMAEVS *de Comitiis c. 6. n. 97. p. 420. seq.*

(1.) vid.

conferre atque ponderare coepit, tandem conclusum confici curat. Huius denique summa in scripturam vbi fuit redacta, et ab omnibus legatis subscripta atque obsignata; ad eum, cui tradi debet, defertur. (1.) Imo, tanta eius in negotiis religionis et fidei est auctoritas, vt nulli conuentus a ceteris Euangeliis eo inscio instituì, (2) nec quidquam prorsus eo inuito in eiusmadi casibus suscipi peragique queat.

## §. VII.

Paucis adhuc attingenda est ea quaestio, tum antea iam (1.) tum nouissime (2.) etiam quae proponi coepit, cui nempe, absente legato Potentissimi Saxoniae Electoris, hoc in Euangelicorum Statuum causis Directorium competat. Brandenburgicus legatus, qui hoc ad se pertinere contendebat, et quo ceteros ab eo excluderet tantopere allaborabat, hac in quaestione decidenda sequenti potissimum vtebatur ratione: tribuendum nempe hoc esse non tam illi, qui primum inter Proceres Augustanae Confessioni addictos locum obtineret, quam ei potius, qui a Saxone esset primus. (3.) Cum autem absente Saxone eiusque legato ceteros omnes dignitate Brandenburgicus antecederet; necessi-

(1.) vid. omnino THVLEMARIVS *de Octauiratu c. XVI. §. 34 p. 214. A. des Europaeischen Herolds Tom. I p. 276.*

(2.) vid. *A des Europ. Herolds d. l.* add. KVLPISIVS *in Notis ad* MONZAMBANO *P. II. c. 5. §. 26. pap.* 171.

(1.) vid. AHASVERVS FRITSCHIVS *in Additt. ad* LIMNAEI *I. P. L. IX. c. 1. n.* 134. *p.* 315. *seq.* ex ipsis Actis publicis, quae simul adducit, pluribus hoc ostendens.

(2.) Controuersiam hanc haud ita pridem motam et a priori tempore distinctam ex *Meditationibus ad Instrum. Pacis cit Mantissa 4. et 5. p. 1542. seqq.* et *Electis I. P. Tom. I. fascic. 7. p. 612. seqq.* addiscere licet.

(3.) vid. *Meditationum cit. Mantissa IV. p. 1542. et Mantissa V. p. 1548.* vbi, ad haec quid responderint Saxonici legati, inuenitur.

(4.) Sua

cessitatis quoque esse vt huic, non alii munus hoc obueniret. (4.) Sed non immerito a Serenissimis Saxoniae Ducibus qui erant missi, (5.) contrariam sententiam tuentes, Brandenburgicis se opponebant, suisque Principibus hanc dirigendi potestatem vindicabant. Rationes, quibus potissimum nitebantur hae erant: Pertinuisse illam ab omni aeuo ad Saxonicos Principes nec vnquam ab iis fuisse ablatam, vt nunc demum haud immerito Saxonicae gentis priuilegium appellari queat. (6.) Nec exempla deesse ex quibus absente Saxonico Electorali legato ius hoc ad Serenissimos Saxoniae Duces transiisse doceri posset. *(7.)* Licet autem maiori omnino iure prae ceteris hoc Directorium qui affectant Serenissimi Saxoniae Duces gaudeant, nondum tamen, quantum notitiae ad nos hac de re peruenit huc vsque haec controuersia fuit composita, nec ab vllo horum, Saxoniae Duces si excipiamus, iuris huius exercitium potest allegari, maxime cum Potentissimi Saxoniae Electores in iure hoc haud dimittendo nunquam non soliciti sint reperti,

(4.) Suae autem sententiae eo maiorem fidem vt faceret varia afferebat exempla ex quibus munus hoc absente Saxonico legato saepius gessisse Brandenburgicum Electorem probari posse putabat. Sed quae ad haec responsio a Saxonicis Legatis fuerit data ex *Electis I. P. Tom. I. fascic.* 7. *p.* 630. docemur. add. *p. praeced.* 614. *seq.* et THVLEMARIVS *d. l. c.* 16. §. 35. *p.* 214.

(5.) In primis Saxo Gothani. vid. KVLPISIVS *d. l.* P. *II. c.* 5. §. 26. *p.* 172.

(6.) quod tamen in dubium vocabant Brandenburgici legati v. *Meditat. cit. Mantiss. V. p.* 1543.

(7.) Sic afferebant post Pacem Pragensem et ipsa etiam Pace VVestphalica durante Ducem Saxo-Altenburgensem Directoris munere fuisse functum, quod et probant PFANNERVS *in Hist. Comitiorum* L. *III.* §. 64. *p.* 385. *seq.* et *A. des Europ. Herolds* P. *I. p.* 256. Sed factum hoc fuisse negabant legati Brandenburgici. vid. *Electa I.* P. *Tom. I. fascic.* 7. *p.* 613. Ceterum quomodo Luneburgici Duces in eodem hoc iure sibi vindicando fuerint occupati KVLPISIVS *d. l.* P. *II. c.* 5. §. 26. *p.* 171. ostendit.

# SECTIO QVINTA
DE
# OFFICIIS IMPERII RELIQVIS.

## Σύνοψις.

§. *I. Archi Venatoris munus antiquum, et eximium iam olim habitum fuisse ostendit. II. Eiusdem translatio ad Misnenses Marchiones exponitur. III. Dignitas et iura cum eodem coniuncta indicantur. IV. Directoris officium, in Circulo superiori Saxonico, Electori Saxoniae competens, tradit. V. Alia adhuc priuilegia et iura enarrat. VI. continet votum, pro Serenissimorum Saxoniae Electorum salute ac incolumitate susceptum.*

§. I.

Officia tandem reliqua, Saxonicae Domui in Imperio nostro quae competunt, quod attinet, non postremo sane inter ea loco ponendum esse existimamus S. R. I. Archi-Venatoris Munus, quo tanquam Misniae Marchiones hodierni Serenissimi Electores Saxoniae in Germania existunt ornati. Huius autem officii originem si indagare volumus, non antiquum (1.) solum, sed et satis splendidum eundem deprehendimus, cum iam inter Principalia (2.) in aula Francorum Regum ministeria illud

(1.) Ex quo enim Venationum iura inter Regalia sunt relata, hoc quoque officium in aulis Principum coepisse nullum est dubium.

(2.) Vocabatur is, officio huic qui praeerat apud Francos, Venator Principalis, siue Praefectus Venationibus Regalibus, et Palatinis Maioribus accensebatur, quod officii huius summam dignitatem satis ostendere potest. vid. LEHMANNVS *in Chron. Spirens. L. II. c. 13. p. 65.* add. EYBENIVS *in Diss. de Titulo Nobilis. §. 30. p. 848.*

(3.) *Sect.*

illud relatum eſſe vel ex vnico HINCMARI teſtimonio, cuius verba *ſupra* (3.) iam attulimus, euinci queat. Sicuti autem temporis ſucceſſu Teutonici incipiebant Imperatores, qui Francorum Regum inſtituta in plurimis imitabantur, eorumque officia ad ſuam quoque aulam transferebant eaque adhuc cum aliis augebant; (4.) ita, et Venatoris Imperii nomen ad Germanos a Francis tranſiiſſe, haud vane ſuſpicari licet. Ceterum huius muneris ratio ab initio ad ſolum Imperatoris arbitrium referebatur, qui modo hunc modo illum eodem ornabat, vsque tandem cum reliquis officiis, quod ſaeculo potisſimum XII. accidiſſe conſtat, firmo ſtabilique iure certis familiis adnecti incipiebat.

§. II.

Inter eas familias, quibus dignitatis huius S. R. Imperii Venatoris obtigit poſſesſio, cum varias referri videamus, quid tuto de earum in hoc munere obeundo exercendoque ſucceſſione proferri queat, nondum ſatis compertum habemus, praeſertim cum dubia hic ſint omnia admodumque incerta, quae de nonnullis proferuntur. Non vero ſolum Celſisſimos potentisſimosque e Ducum ordine Auſtriae, Carinthiae, (1.) Pomeraniae, (2.) VVurtenbergiae (3.) ſed et Vracenſis in Sueuia Comites, *(4.)* antequam



(3.) *Sect. II. §. 2. not. 4.*

(3.) vid. *ſupra ſect. II. §. 3. ibique not. 4.*

(1.) vid. FREHERVS *ad* PETRVM DE ANDLO *L. II. c. 15. in fin.* EYBENIVS *in Diſſ. de Titulo Nobilis* §. 30. *p.* 847. et 848. et *de Stylo Curiae §. 24. p.* 872. CAESARINVS FVRSTENERIVS *de Suprematu c. XLII. p.* 151.

(2.) vid. PFEFFINGERVS *in Not. ad* VITRIARII *I. P. L. III. Tit. XII.* §. 24. *p.* 172. 73. vbi ex Documentis publicis, hos ſibi titulum Imperii Venatorum arrogaſſe, oſtendit.

(3) Ad hos a Comitibus Vracenſibus officium hoc perueniſſe omnes tradunt. vid. EYBENIVS *dd. ll.* et SCHVVEDERVS *in I. P. Part. Spec. Sect. I. c. 8. §. 3.* verum nunquam eos Imperii Venatores fuiſſe, non ita leuibus argumentis probat PFEFFINGERVS *d. l. pag. 173.*

(4.) Hos quidem nonnulli Imperii venationum praefectos fuiſſe memorant, verum non inter Archi-officiales, ſed Sub Venatores eosdem tantum fuiſſe numeratos, ex GOLDASTO docet EYBENIVS *in Diſſ. de Tit. Nobilis* §. 30. *in fin. p.* 848. add. *A. des Europaeiſchen Herolds P. I. pag.* 257. qui pro Venatoribus aulicis prouincialibus eosdem reputat.

(5.) vid.

officii nomen, ſed ad inſigne dignitatis Sereniſſimorum Saxoniae Electorum pertinere augmentum, non vna nobis ratio confirmat. Praeterquam enim quod in aula iam Francorum Regum Venationibus Regalibus Praefectos inter Maiores Palatinos relatos eſſe videmus, (1.) et in Germania non aliis, quam qui Principali dignitate eminuerunt, ſplendidiſſimum hocce munus eſſe conceſſum reperimus. (2.) Id quod vero maximum, et vna cum ceteris Archi-officialibus officia ſua in ſolennibus Curiis olim Archi-Venatores peregerunt, (3.) eoque ipſo, quantae ſit Archi munus quod gererent dignitatis quantique momenti, omnibus declararunt. Non minora, ſed eximia prorſus ſunt illa iura, (4.) vi huius praerogatiuae dignitatisque Imperii ad Sereniſſimos Saxoniae Electores quae ſpectant, et quorum confirmationem ſolicite ab Imperatoribus expetiuerunt, eademque ſalua ſibi ſuisque Principibus poſteris quo ſeruarent ſemper ſunt anniſi.

§. IV.

Ingens porro dignitatis auctoritatisque Sereniſſimis Saxoniae Electoribus inde quoque accedit incrementum, quod Directorii, (1.) in Circulo Saxonico Superiori iis, et quidem ſolis, (2.) ab Imperio datae ſunt partes. Huius vero Directorii Circularis in eo potiſſimum ſe exſerit poteſtas, vt Elector Saxoniae, ſi quando conuentus Circulares celebrandi, Status Circuli ad eos conuocet, (3.) eo-



(1.) vid. *Supra §. 1. not. 2.*

(2.) conf. EYBENIVS *in Diſſ. de Tit. Nobilis §. 30. p. 847. et de Stylo Curiae §. 24. p. 872.*

(3.) Sic in ſplendidiſſima illa curia quam Carolus IV. Imperator anno 1356. Metis celebrauit, Miſniae Marchio Fridericus Strenuus vna cum Comite Swartzburgico, officii quaſi collega, Principali hoc munere inter reliquos Archi-officiales functus inueuitur. vid. omnino LEHMANNVS *in Chron. Spirenſi L. VII. c. 35. p. 694.* SIGISMVNDVS a BIRCKEN. *im Spiegel der Ehren des Ertzhauſes Oeſterreich L. III. c. VIII. p. 334.* EYBENIVS *dd. ll. A. des Europaeiſchen Herolds P. I. p. 257.* PFEFFINGERVS *in Not. ad Vitriarium L. III. Tit. 12. §. 42. p. 172.*

(4.) Inter quae potiſſimum referenda Regalia Venationum, et alia huc pertinentia iura, quae videre licet in *Priuilegio* illo Caroli IV. de 1350. *Sect. I.* ſubiecto, et *Confirmatione* Dn. Ioſephi *ſupra §. 2. not. 7. cit.*

(1.) Quod munus ad Saxonem tanquam Electorem pertinet vid. VITRIARIVS *in I. P. L. II. Tit. VI. §. 11. p. 44.*

(2.) quod itidem ad Directorii huius excellentiam facere videtur, cum in aliis Circulis plerumque Condirectores inueniantur.

(3.) Vo-

(3.) eorundem legati an idoneis instructi sint mandatis cognoscat, ad deliberandum quae obueniunt proponat atque dirigat, conclusum formet et tandem Recessum (4.) confici curet. Ex quibus omnibus singularis iterum Saxoniae Electorum praerogatiua prae ceteris Principibus patescit.

§. V.

In eo vero dum sumus demum occupati huic labori vltimam quo imponamus manum, non prolixa sed breui saltem recensione ea officia ac iura, quae nobis adhuc tangenda videntur, breuitatis rationem habentes, indicabimus. His vero inprimis annumeramus Directorium in negotiis Ducibus Saxoniae vtriusque lineae communibus, (1.) Protectionem trium Thuringiae oppidorum Mülhusii, Northusii et Erfurti, (2.) Tutelamque Saxonici Iuris. (3.) Alii quidem adhuc adducunt officium Procuratoris per Germaniam, quo tanquam Landgrauii Thuringiae Serenissimi Saxoniae Duces gauderent: (4.) Sed non speciale hoc esse munus nec a Vicariatu diuersum *supra* (5.) iam iuimus demonstratum.

§. VI.

Reliquum quod est, Deum precamur Immortalem POTENTISSIMVM POLONIARVM REGEM SERENISSIMVMQVE SAXONIAE ELECTOREM, PRINCIPEM REGIVM, totius Saxoniae spem, cum tota Serenissima Saxonica Stirpe seruet, atque tueatur, omnibusque fortunae dotibus quibus Tantae Domus splendor atque decus augeri potest, copiose exornet.

(3.) Vocantur in Saxonia superiori plerumque Lipsiam, vbi hi conuentus celebrari solent. Exempla de his passim obseruare licet apud Dn. SEBASTIANVM MÜLLERVM *in Annal. Saxon.* Vltimus eorum fuit, quem Io. Georg. III. Elector anno 1681. Lipsiae instituit. vid. MÜLLERVS *d. l. ad an. cit. p.* 542. *in fin. et seq.* omnino vero *A. des Europ. Herolds P. I. pag.* 952. Ceterum cur hodie non ita hi sint frequentes, allegat quidem rationem GIOVANI *in Germ. Princ. de Saxon. c. IV. p.* 178. sed minus hanc esse sufficientem, ipse lector, inspiciens eum, iudicabit.

(4.) Qui vocatur *der Kreyß-Abschied.* Interim de his aliisque qui obseruandi veniunt actibus vid. SCHWEDERVM *in I. P. P. Gen. c. V.* §. 10. *it.* §. 20. *seq.* aliosque.

(1.) vid. SCHILTERVS *in I. P. Tom. I. L. I. Tit. XIII.* §. 1. *p.* 125.

(2.) vid. GIOVANI *in Germ. Principe, in Historia de Saxonia cap.* 4. §. 30. *p.* 183.

(3.) GIOVANI *d. l. p.* 187.

(4.) *Idem l. d. p.* 169. 170.

(5.) *Sect. III.* §. 5. *p.*

S. D. G.

